

Mattholi
Medici.

1569







Domenico An.° Guizzarri

[redacted]

Morelli 16/1/10

L. 2.

PETRI ANDREAE

MATTHIOLI

SENENSIS MEDICI


OPVSCVLVM,

DE

Simplicium medicamentorum facultatibus secundum locos,& genera.

ACCESSERVNT QVOQVE *Præfationes quædam huic opuſculo ad modum neceſſariæ, quarum enarrationem Epiſtola ad Lectorem indicabit.*

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS,

Apud Vincentium Valgriſium.

M D LXIX.



ILLVSTRI, AC GENEROSO DOMINO VITO DE DORIMBERGIO,

Equiti aurato, Sac. Cæsa. Maiestatis Consiliario, & ad Illustriss. Senatum Venetum Oratori, Domino suo obseruandissimo.

Petrus Andreas Matthiolus Senensis Medicus. S.P.D.



TRES sunt potissimum causæ, quæ amorem, & amicitiam inter homines cōciliant: una proficiscitur ab ipsius naturæ ductu, estq; arcana quædam similitudo sensuum, & animorum coniunctio; hinc sæpe accidit,

ut quoſdam nunquam nobis an
tea cognitos primo intuitu , uel
congreſſu amare incipiamus.
Altera oritur à conſuetudine, &
mutua conuerſatione , ſiue uitæ
ſocietate , quæ etiam non pa-
rum habet momenti ad conglu
tinandos animos. Tertia ſita eſt
in rebus externis , ut pote offi-
cijs,& beneficijs, quæ inter can
didos amicos inuicẽ communi-
cari ſolent. Ab his tribus fonti-
bus amicitia noſtra uetus ma-
nat: nã quo tempore ambo Go
ritij degimus, ego te quaſi natu
ra mea hortante amaui, & colui
propter uirtutes tuas excellen-
tes , & ſingulares ingenui animi
dotes , quæ ueluti philtrũ me in
tui amorem rapuerunt. qui qui-
dem amor deinde familiari , &
iucunda conuerſatione ſenſim
auctus , & tandem etiam mul-
tis officiorum commoditati-
bus

bus à te mihi præſtitis adeò con
firmatus, & ſtabilitus eſt, ut
eum nulla loci, uel temporum
intercapedine mutari, quinetiã
nec Lethæo flumine ablui poſſe
exiſtimem. Sed quoniam bene-
ficia non ſolummodo amorem
cõciliant, uerùmetiam ad repo
nendam gratiam obligant, non
ſatis mihi fuerit, ab amore, quo
te cum ueneratione comple-
ctor non diſcedere, niſi etiam
beneficijs à te acceptis gratiam
aliquam referam. Sed inter mul
ta genera gratitudinis unus mo
dus mihi peculiaris eſt, quo ego
eos, qui de me benemeriti ſunt
remunerari ſoleo, nempe dedi-
catio librorum, & lucubratio-
num mearum. Hac igitur, uia
uolui tibi memor, ac gratus ap
parere, uel ſaltem gratitudi-
nis, & obſeruantiæ conatum ali-
quem declarare, ſub nominis

 tui

tui auſpicio emittens libellum hunc medicamentarium, pharmacopæis,medicis, & omnibus medicinæ ſtudioſis æquè etiam utilem,ac neceſſarium . Et præter enumeratas cauſas huius meæ dedicationis etiam accedit alia, nempe quòd liber hic primò lucem experitur Venetijs, apud cuius urbis Illuſtriſsimum Senatum tu cum multa laude inuictiſsimi, ac potentiſſimi Cęſaris Maximiliani Secundi,perſonam ſuſtines, ac repræſentas, qui tuam prudentiam, rerum uſum, ac peritiam animaduertens, tibi ad celeberrimam, & ſplendidiſsimam totius orbis Rēpublicam legationis munus demandauit . Præterea & hoc me non mediocriter impulit, quòd tu librum hunc tibi deſtinatum,& intelligere, & iudicare potes,ut pote qui nobi

litati,

litati, ac generis ſplendori lite-
rarum decus, & optimarum di-
ſciplinarum cognitionem addi-
deris. Poſtremò cùm tua ſalus
mihi ob eas, quas dixi, cauſas de
beat eſſe chariſsima, librum mit
to in quo multa tuendæ, & recu
perandę ualetudinis auxilia non
uulgaria te inuẽturum eſſe non
dubito. Accipe igitur Illuſtris
Heros quicquid eſt munuſculi
ſereno uultu, & Matthioli mo-
dis omnibus tibi addictiſsimi
memor eſto. Benè, ac fœliciter
uale. Oeniponti quinto nonas
Martij, Anno M. D. LXIX.

PETRVS ANDREAS
MATTHIOLVS.
candido Lectori.
S. D.



VM quæ de Simplicium medicamentorum uiribus ſecundum locos, atque etiam ſecundum genera tum ex Dioſcoride, tum ex noſtris in eundem authorem commentarijs certo quodam ordine collegimus, medico uſui profutura Medicis nonnullis uiderentur, cumq́ue Commentariorum noſtrorum uolumen, ubi hæc ſcripſimus, non quocunque commodè circumferri poſſit, rogauerunt me ij plurimum ut ea nunc iterum per ſe in enchiridio excudenda typographis traderem: Horum uotis, cùm refragari nequiuiſſem, ne me qui natiua quadam animi liberalitate in Reipublicæ

usum, mea sanè omnia, editis uarijs in linguis uoluminibus, sempiternæ posteritatis memoriæ consecraui, nunc morosum, atq; auarum in re tam exigua deprehenderet, decreui, omnino eorum petitionibus satisfacere. Cæterùm quoniam simplicia, de quorum uiribus ad morbos quosuis sanandos scripsimus, non ea tantùm sunt, de quibus meminere tum Dioscorides, tum etiam fortasse accuratius Galenus, à quibus eorundem qualitates tam primas, quàm secundas, & tertias edocti sumus, sed plurima etiam sint à posterioribus, recentioribusque materiæ medicæ professoribus reperta, à quibus ne tantillum quidem de primis, secundis, ac tertijs qualitatibus est promulgatum, uisum nobis est, non fore præter rationem si huic opusculo aliquid de saporibus omnibus adiungeremus. Id quod postea præ-

 stitimus

ſtitimus præpoſita nobis ratione fre
ti: quòd (ut Galenus eſt author)
ex plantarum ſaporibus, & primæ,
& ſecundæ plantarum qualitates
facilè dignoſci poſsint. His quoque
non nulla addidimus de medicamen
tis, quæ peculiariter tota ſua ſub-
ſtantia operantur, & de quorum
facultatibus, nulla ratio reddi po
teſt. Adiecimus quoque quo nam
pacto ſimplex medicamentum in-
telligi debeat, quòd ſcitu quoque
neceſſarium ſit: quinetiam de pri-
mis, ſecundis, ac tertijs ſimpliciũ
medicamentorũ qualitatibus. Item
quid agant quæ tenuium ſunt par-
tium, quæve craſſarum, ac etiam
præceteris noſcendum eſſe quan-
tum unumquodque medicamentum
habeat caliditatis, frigiditatis, ſic-
citatis, humiditatis, per gradus
uſque ad quartum. Id quod conſe-
qui nemo poteſt, niſi aut deguſtato
ſapore, aut longa omnino experien
tia


tia. Cæterum cùm medicamenta de quibus ſecundum locos, & genera ad morbos curandos egimus, uarijs parentur modis; attexuimus etiam non nulla de eorum uaria parandi ratione, nempe de Elixatione, Infuſione, ſeu maceratione, quin etiam de Deſtillatione non modò aquarum, ſed etiam oleorum ex aromatibus quibuſdam eliciendorum, quorum iam frequens admodum incipit eſſe uſus, ob admirabilem eorum præſtantiam, & de quibus parandis pauci admodum, aut fortaſſe nulli hactenus uera ſcripſerunt. Addidimus prætera pauca quædam de Colliquatione, & Diſſolutione, de Tritura, Torrefactione, Vſtione atque Ablutione. Quæ omnia ſi ignorentur ab ijs, qui medicamenta ſimplicia, ac etiam compoſita propinant nullo prorſus pacto rectè mederi poterunt. Adiunximus quoque ex Galeno per catalogos ſimpli

cium omnium medicamentorum, de quibus ipſe meminit, primas qualitates per gradus uſque ad quartum; quinetiam ſecundas, & tertias; quas medicis ſcitu perquàm neceſſarias fore iudicauimus. Quæ omnia huic opuſculo addenda neceſſariò admodum uiſa ſunt, quòd mihi perſuadeam, ijs prius intellectis poſſe quempiam longè meliori ratione, ac ſecuritate noſtris collectis auxilijs in morbis omnibus uti. Itaq; benigniſsimè Lector hæc boni conſulas, & noſtris fruare laboribus. Vale.

DE

DE SAPORIBVS *medicamentorum.*

De amaro ſapore. Cap. 1.



MARVS ſapor calidus eſt, terreſtris & igneus. Mundat enim, incidit, attenuat, abſtergit easq́ue præſertim quę in iecore ſunt obſtructiones, incidit & calefacit, hactenus tamen, ut non urat. Craſſa eius eſt materia, atq; terrena, ab exuperante calore pręaſſata. Itaq; nouiſſe ſat fuerit, qualitatem amaram omnem, calidis ſimul ſiccisq́; ſubſtantiis accidere, ac pręter hęc tenuibus, & terrenis. Nam cùm ad extremam tenuitatem, atq; elaborationem terrena pertingit ſubſtantia, tunc amara prouenit qualitas. in qua ſanè uis eſt pręcipua detergendi, quin etiã (ut diximus) meatus expediendi. Idq́; cum calore, haud tamen extremo, tam etſi non inſtrenuè calefaciat, & deſiccet, cùm terrenę ſit eſſentię à largo calore extenuatę. At qui amara id quidem

Lib. de oculis. 7. de ſim. m. f.

4. de ſim. m. f. c. 19.

7. de ſimp. m. fac. c. de melanthio.

4. de

4. de quidem non perindè ac acria pręsta-
ſ. m. f. re ualent: quippe quamuis quę amara
cap. 9. ſunt adſtringentibus ſint tenuiora, acribus tamen craſsiora habentur. Quamobrem neq; tam facilè craſſos, lentosq; humores pertranſeunt uelut ea, quę tenuiore ſunt eſſentia, nec incidere perinde, ut ea quę ſunt craſsiora, nequeunt. In medio autem utriuſq; excesſus ſint oportet, quę inciſura ſunt, nempè ut neque promptè penetrent, pernide ut flamma, neque dum cunctantur, tardantq;, diſſecare non poſſint. Pręterea cùm calor, qui amaris ineſt medicamentis penetrando craſſiuſculam materiam ſecum ducat, ea quidem quicquid obuium eſt ſecum rapit, & abradendo expurgat, ita, ut quò amarius fuerit medicamentum, eò ualentius id moliatur. Siquidem Abſinthium (exempli cauſa) id moderatè agit, at aloë, ariſtolochia, centuarium minus, & colocynthis non ſolùm expurgant, & abſtergunt, ſed etiam partes ipſas in modico uſu exaſperant atque corrodunt, & exulcerant. Quę uerò remiſsiore ſunt amaritudine, minus tum excalfaciunt, tum ſiccant, atque ad alia munia obeunda, imbecilliore ſunt facultate. Imò ubi amaritudo in uno, & eodem medicamento à refrigerante qualitate uincatur, aut obſcuretur,

tur, illud quidem frigidum non calidum ſtatuendum erit. Quòd autem amarus ſapor in ſiccis conſiſtat corporibus, palam eſt, quòd minimè omnium amara putreſcant, minimeq́; uermes, aliaq́; non nulla animalicula, qualia in radicibus herbisq́;, aut fructibus putreſcentibus prouenire ſolent, procreent. Porrò quæ exactè amara ſunt (uoco autem ita, quæ nulla ſenſu notabili alia participant qualitate) omnibus propè animantibus eſui inepta ſunt. Quippe cùm animal omne plus, minusúe ſit humidum, amara autem ſicca, haud aliter, quàm cinis & puluis, itaq; neq; cinerem, neq; puluerẽ, neq; fauillam, neq; calcẽ, neq; animal ullum eſitat, neq; eorum, quę planè amara ſunt quicquam. Vt aũt medicamenta intro ſumpta, infarctus expediunt, craſſa attenuant, lentaq; incidunt, ita, & exterius admota, ſordida ulcera, lichenas, impetigines, alphos, lentigines, & cętera, quæ cutem inficiunt, expurgant & detergunt. Quin etiam amara, quòd ſiccando ſuperuacuos humores aut abſorbent, aut detergunt, & dulcedini ex qua facilè putredo gignitur aduerſatur, ratione optima putredinem arcet, & corpora diu integra conſeruat, ut prę cęteris Aloẽ.

4. de ſim. m. fac. ca. 20.

De

De acerbo ſapore. Cap. 2.

1. de ſi.m.fa. ca. 37. ACerbum omne appellatur, quod linguæ admotum ualde deſiccat, cõtrahit, & in multã uſq; profunditatem exaſperat; ſicut pira ſyluestria immatura, & corna: ab auſtero intentione dunta xat diuer ſum. Siquidẽ auſterum Grecis id ſibi uult, quod medio-
4. de cõp.me. per gẽ. cap. 5. criter adſtringens. A cerbũ quod uehemẽter id facit, genus utriq; commune adſtrictionis uocabulo ſignatur, nec etiam utrum ualidè an obſcurè ea fiat declarante. Atqui perſpicuum eſt quòd
2. de alim. f. cap. 1. adſtringens, auſterum & acerbum, tria hæc nomina ſaporis qualitatem unicam ſignificãt. Porrò auſtera ſunt mul
2. de loc. aff. c. 7. ta, ut mali punici genera, Cydonia mala, ac reliqua complura eſui apta. Sanè acerba haud quaquã iucunda, non ſolùm ea, quæ medicamentorum ſpeciem referunt, uelut hypociſtis, & balauſtium, & galla, & Rhus, ſed etiam illa, quæ cùm ſint huiuſmodi, recipiũtur in cibum, quamuis quę ſummè acerba ſunt, nutrire nequeant. Memineris
7. met. cap. 7. autem uelim acerbam qualitatem ſua quidem ipſius uirtute, & refrigerare, & reſiccare, cuiusmodi etiam acidę
4. de ſi. m. f. cap. 7. qualitatis eſt proprium, ſed acidorum ſaporum tranſitum in ſentiẽtibus partibus fieri conſpicitur, acerborum autem

tem tardius: tum acida quidem in alto magis agere apparent, in superficie autem acerba: quę omnia crassarum esse partium acerba indicant, acida uerò tenuium. Atqui ubi acerba alicui calefacientium sint admista, quod ex ambobus compositum est, minus quidem in calfaciendi munere efficere, quàm alterum, siccando uerò minus quàm utrumque. Prætereà omnia adstringentia contrahunt ac densant meatus, quin etiam uinciunt, ac continent partium sibi inuicem cohærentium substantiam, atq; minus, magisq; hoc pro adstrictionis quantitate efficiunt. Cæterùm stringẽdo, ac densando summa corporis, quod adstringitur uirtus illorũ excluditur, & in altum ire prohibetur: ob quam rationem pulchrè nonnulli medicorum huiusmodi pharmacis alia tenuium partium, & acri potestate prædita indere cogitarunt, à quibus ueluti ductæ adstringentium uires in profundum corpus perueniant. Ad hæc acerba contrahunt, densant, ac pariter constringunt: repellunt autem tum austera tum acerba, quę communem adstringẽtium appellationem habent. Quin etiam acerba stomacho grata sunt, quemadmodum amara omnino ingrata. At meminisse quoq; oportet, ꝙ cùm fructus initio acerbi sint,

7. met. cap. 7.

4. de comp. med. per gen. c. 5

7. de si. m. f. cap. de cappare.

3. de com. m. s. l. c. 3.

6. de s. m. f. c. de Ab rotono. 4. de s. m. f. c. 7 3. de al. f. c. 32.

ſint, temporeq; matureſcentes dulceſcant, ſequitur ex calore illis prouenire dulcedinem, acerbitatem uerò conſtitiſſe ex frigore. Itaque ſi acerba aqua incoquantur; relicta in aqua acerbitate dulceſcunt.

De acri ſapore. Cap. 3

4. de s. m. f. ca. 19.

ACre ſaporum genus, cùm appellatione propria careat, communi per excellentiam uſum uidetur. nam cùm ſapor amarus, & acidus ambo etiam acres ſint, in quocunq; tamen corpore uehementem cõperimus acrimoniam: tametſi neq; amarum ſit, neque acidum, acre appellare conſueuimus: quanquã multa in ſpecie ſint corpora eiusmodi: alia enim edi poſſunt, alia eſui ſunt inepta. Ea igitur quę eſui idonea ſunt, dulcem quandam ſaltem obſcuram admiſtam habeant qualitatem neceſsè eſt, proinde multis ipſorum pro obſonio utimur, multis uerò ut condimentum tãtum: at ut cibo ipſorum omnino nullo, idq; ob uirium uehemẽtiam. Porrò eorum quæ non eduntur, alia mortifera ſunt, alia ſimpliciter medicamenta: omnia ſaltem cuti noſtræ impoſita, ulcus celeriter inducũt. quin etiam horum quoque non nulla qualitatem quandam amaram

amaram præſeferunt,quemadmodum eſculentorum quædam dulcem, non tamen uocantur amara, quandoquidem in eis leuis eſt, & infirma, ualida autem uis acrimoniæ. Sunt & quæ ne guſtare quidem audeas: eiuſmodi eſt thapſia,& cantharides, & ea quæ eroſione, & putrefactione interimunt. Sed eorum guſtum ex eis coniicere licet,quæ in toto agunt corpore. Porrò acres ſapores,exactè ipſos calidos dicimus,deinde,exedentes,urentes, cruſtam molientes, ac denique etiam colliquantes, ſin intra corpus ſumantur: ſiquidem in tota ſubſtantia animanti cuipiam ſummè aduerſentur, putrefacientes,eiusq; generis animantium deleterios,ſin caloris duntaxat immoderatione, ſi craſſæ ſint eſſentiæ terreęq; interiora ulcerandi pollere facultate, ſin tenuis urinam ciendi, prouocandiq; ſudoris uim habere: In ſumma autem incidendi & digerendi per halitum,ex quo genere quidam expuitionibus ex thorace,tum menſium motibus auxiliantur.Pręterea acria omnia eſſe palam eſt, quæ ſuccos craſſos tenuare queant, & ſenſus noſtros pungunt, ac mordicant, quæ etiam ſi largius ęquo ſumpta fuerint, uentriculum mordicant, ciborumq; nauſeam magnam inducunt, & halitus acres emittunt,

Lib. de att.uic. rat. cap. 1.

emittunt,non modò dum manđuntur, ſed etiam poſtquàm è corpore fuerint egeſta. Plurima autem eorum urinas & ſudores graueolentes & acres,promouent, phymatibus prętere a ac furunculis ſunt accommoda : quędam autem ex ipſis cutim diuellunt, atq; facile erodunt, alia uerò pertundunt, alia ipſius partem aliquam in pus uertunt. ulceraq; magna, & quas uocant eſcaras efficiunt. Hęc omnia ſatis probant,ea acrem quandam,& incidētem habere facultatem. Cui rei euidentiſſimo etiam ſunt argumento humores in corpore noſtro ab eis extenuati: quin etiam experientia ipſa rationem confirmat: Videmus enim corpora omnia, in quibus humores frigidi, craſſi, ac lenti abundant, huiuſmodi ciborum uſu,maiorem in modum alleuiari. Vt in aliis, ita in his quoq; oportet medicum tempori, ac menſuræ uſus diligenter eſſe attentum: periculum enim eſt, ſi quis non rectè his utatur, ne tandem prauo ſucco impleatur. Ad hęc acria utilia ſunt, ad detergendum, abſtergēdum,detrahendum, extenuandum, digerendū ualenterq; ſiccādum, & colliquandū. Eadē cuti impoſita perſpicuè eā calefaciūt, atq; in molem attollunt,iubente calore,ac ſi diutius immorentur, etiam ulcerant, è quibus euident er

9. de ſimp m. fa. c. de pyrite lapide ibid. c. 1.

euidenter apparet ea tum incidere, tum excalfacere, tum etiam à uicinis partibus ad ſe ſanguinem trahere; Quo fit ut quæ talia ſunt(ut calamintha)ad uenenatarum beſtiarum morſus aſſumantur, uelut etiam cauteria, & quæcũque medicamẽta calida ſunt, & acria, tenuiumq; partium, queq; facilè ex alto ad ſe circumiacentem omnem humiditatem poſſunt attrahere. Pręter id ſcire etiam oportet, quòd acria, ſimul & acida agere poſſunt, quantum ad extenuationem, prępurgationemq; attinet. Cęterũ in hoc differunt, quòd acidum refrigeret, acre uerò excalfaciat, quin etiam quòd illud repercutiat, hoc attrahat & digerat. Porrò ſuccus frigidus, non acida, ſed acria poſtulat. Quanquam enim cùm acida tum acria ſuccos craſſos incidunt, in eo tamen differunt, quod hæc cum calefactione, illa cum refrigeratione id pręſtent. Eſt etiam acrium, & amarorum diſcrimen, quanuis amara acredine nõ uacent. ſiquidem acria irritare, mordere, calefacere, & fluorẽ in affectis partibus concitare, amara uerò exiccare citra morſus, & calefacere queunt. Poſtemò cùm nullum reperire corpus queas, miſtionis adunguẽ expers, inſpicienda item eſt eorum, quæ illi accidunt comeſtio, idq; ſecundum

5. de ſ.m.f.c. 6.

2. de alim. f. c. 21.

5. de med. p gen. c. 2.

9. de ſ. m.f. ca. de terra ſamia.

dum leuitatis ac grauitatis differentias, easq́ue quę gustu uisuntur, nam si qua eluceat adstrictio, tantum assum psit frigiditatis, quantum assumpsit ad strictionis. sin etiam acrimonia quędam apparet, tantum inesse scito cali ditatis, quantum & acrimonię.

De acido sapore. Cap. 4.

4. de s. m. f. c. 15. ACiditas in saporibus nasci potissimum uidetur, dum à calido quidē mutatur, ut tamen nō superet. Id quod ex acidis ructibus uel maximè coiicias. Nam hi haud quaquam ubi nulla prorsum facta in uentre ciborum alte ratio prouenire solent, quemadmodum nec ubi optimè concocti, sed tan tum ubi semicocti (ut ita dixerim) fue rint. Voco autem semicoctos, qui à uentriculi calore alterationem perpessi non etiam perfectè ab eo superati fuerint. Sic lac, ptisanæ succus, & quæcunque eius sunt generis tempore ęstiuo citius acescunt, quàm hyeme, postulantq́ue ædes frigidas, ut in ijs reposita plusculo tempore perdurent. Ex quibus omnibus patet, quòd à calore mutante quidem, non tamen prorsum uincente, aciditatis generetur qualitas, atque ob id plerisque inest fructibus, priusquàm maturuerint.

Etenim

Etenim si simile quid illis usu uenit, quod Borealibus constitutionibus accidit, ut tenuis scilicet essentiæ sint, simulque frigidi, nasci eos haud sine calore satis constat, sicut nec illum ipsum aerem. Proinde quoque, quæ summè nos refrigerant, ac interimunt, uelut cicuta, opium, hyoscyamus, mandragora, minimè omnium acida sunt. Quippè licet frigidi sint sapores acidi omnes, haud tamen eò usque refrigerant, ut interficiant. Non enim subtilis forent essentiæ, si extremè essent frigidi. Itaque non modo iam quod frigidus sit sapor acidus, sed & quatenus iam apparuit: Exploranda porro eius natura est in oxylapatho & oxalide: Est autem hæc olus syluestre. In istis enim maximè mihi syncerus est uisus ac simplex, nulliusque particeps acerbitatis, ut solent arborum fructus: perspicuo enim hi cum acerbitate quadam admistam habent aciditatem, sicut cum acrimonia acetum. Itaque quod proprium in saporibus appellatur acidum, à sola lingua percipi potest, sicut & acre. Cæterùm quod utrique commune est, nempe mordacitas, etiam à tactu sentitur: utraque uerò lingua agnoscere nata est. Nam quę communia sunt, sicut & reliqua corpora sensilia, quę tan-

quam

quam gustus orga num percipit. Idque mihi uidetur eximium ac particulare esse iuxta totarũ substantiarũ tũ pro-
4. de s. m. f. c. 3 prietatem tum (ut ita dicã) alienitatẽ.
4. de s. me. f. c. 17. Porrò acidũ quicquid id fuerit, planè frigidũ est, siue pirũ, siue malũ, siue acinus uuæ, siue rubi, siue ipsius mori, siue mala punica, siue quis alius tum fructus, tum succus, tum planta, ut oxylapathum, & oxalis. Quippe si gustanti uehemens, atque manifesta illi inesse aciditas apparet, nec quicquam præ se ferat acrimoniæ, omnino hunc succum refrigerantem reperies: quin cõfidenter utitor, siue ad ardores uti consilium est hypochondriis imposito, siue ad erysipelas, siue ad alium affectum calidum. Similiter quoq; frigidos affectus ab eo oẽs palã lędi cõperies. Porrò ubi mista tibi qualitas apparet cum acrimonia, coiiciendum est caliditatem quoque inesse, sin iuncta sit adstrictio, aliud est frigiditatis genus, nam acida frigiditas tenuium partium est, sin iuncta sit adstrictio crassarum. Sed uelox si quidem acidorum saporum transitus insentientibus partibus fieri conspicitur, acerborum autem tardus. Tum acida quidem in
5. de s. m. f. c. 26. alto magis agere apparent, in superficie autem acerba. Pręterea accida incidere, extenuare, diuidere, farctuque liberare

liberare (διακαθαίρειν Gręci uocant) ci
tra excalfactionem, nata ſunt. At qui
perſpicuum eſt, quòd adſtringẽtia qui
dem, quantum in ipſis eſt, alui deie-
ctionem ſemper cohibent, acida uerò
cùm ſuccum craſſum in uentre inuene
rint, ipſum incidunt, ac deorſum ſub
ducunt, ob idque deiectiones hume-
ctant: quòd ſi uentrem purum inuene
rint, ipſum magis ſiſtunt. Cæterùm *4. de ſ.*
acida uniuerſa, tum ea, quæ ſimplici- *m. f. c.*
ter acida ſunt, uelut oxalida, tum mi- *7.*
ſtis quoque aliis facultatibus quędam
ſiue dulcibus, ſiue amaris, ſiue acribus
nihilo ſecius refrigerantia ſunt, qua-
lia ſunt mala punica, mala, pruna, uuę,
mora, ficus, ceraſia, ipſúmque adeo
acetum, ſed huic permiſta eſt quędam
acrimonia. Meminiſſe quoque opor
tet, quòd quæ ſummè acida ſunt, per-
inde ac acerba, & amara, aut ſimplici
ter aliam quamuis qualitatem, præ-
ter dulcem ſortita ſunt, ea omnia nu-
trire nequeunt, at ſi iunctam habeant
dulcedinem, hæc omnia nutriunt, cæ-
terùm per ſe dictorum nullum, ut nu-
triat ſatis eſt.

Appendix de aceto.

QVoniam acidi ſaporis mentio ace
tum mihi in mentem redegit,

fit nunc ut non ab re putauerim, aliquid hic de eo differere, & pręsertim cùm non desint, qui aceti acrimoniam mordacitatemq́ue percipientes, sibi certò persuadeant, acetum potenter excalfacere, quanquam re uera refrigerat. Qui autem idem sentirent non deerant etiam Galeni tempore, medici. Quo factum est ut is lib. primo. cap. uigesimotertio de simp. med. facult. eorum sententiam improbauerit, his uerbis. Haud concedendum quibusdam arbitror, qui acetum ex tenuitate sua & mordacitate, calidum esse colligunt. Nec enim quicquid tenue fuerit, id & calidũ est, fortè uerò nec quicquid mordax fuerit & tenue. Verùm in pręsens id illis detur, tametsi adferre liceret niuem, Boream, aquã frigidam, non oculis duntaxat, sed etiam ulceribus, & raris corporibus omnibus mordaces, ut Hipocrates inquit ulceribus frigidum mordax. Verum etiam si quis & illud, ut dixi, concedat, quicquid mordax fuerit esse tenue, non statim & calidum concesserit. Itaque nec acetum proinde, quòd mordax sit, calidum fuerit, sed tenue, uti aer borealis, non tamen calidum. Præterea frigidam omnino qualitatẽ calidam longe superare in aceto testatur idem Galenus lib. octauo de simp.

me.

me. fac. sic inquiens. Acetum primo horum commentariorum mistæ esse substantiæ, nempe frigidę, pariter & calidę, eiusque utriusque tenuium partium, demonstratum est, cęterùm calidam frigidam exuperat. Porrò magnam desiccandi facultatem obtinet, adeo, ut sit tertii ordinis desiccantium iam completi, utique cùm calidum extiterit. Item eodem libro cap. 11. & 12. Apparet enim (inquit) à uino homini semper sitim increscere, ab aceto uero epoto interim quidem augeri, interim uerò sedari. Quippe quòd sitis ipsa duplici ratione prouenire soleat, partim humoris inopia, partim caloris copia, quamobrem mirum uideri non debet si priorem quidem sanare nequeat, alteram possit. Si quidem humectare nequit, at refrigerare non instrenue. Et eodem quoque lib. cap. 21. Sed eorum (inquit) omnium acetum est efficacissimũ quæ aut acrimoniam hebetant aut calorẽ refrigerare creduntur. Id quod etiam aliis in locis affirmauit. Cæterum non desunt quoque, qui acetum adstringenti ui præditum esse negant, inter quos reperio Ioannem Farnelium uirum quidem ætatis nostrę clarissimum, medicumque insignem; quippe qui uniuersam medicinam diuina sane oratione

 descripsit

deſcripſit. Etenim is lib. quarto cap. tertio methodi medendi de ſaporibus ſcribens, ſic de aceto diſſeruit. Acetũ ſic experimur fluxiones repellere, & omnem ſanguinis è naribus eruptionem, atque dyſenteriam, tum uapore ſuſcitato, tum etiam, ſotu cohibere, ipſaſque hęmorrhoidas, & immodicas uteri purgationes ſuffitu inſeſſuq; ſiſtere, omnemque ſanguinis reiectionem, potum uel per ſe, uel admiſta aqua, proptiſsimè cohibere, neque idcirco eſt inter adſtringentia numerandum. Longè enim ab his materia diſtat, ſed unius frigoris alte ſubeuntis beneficio, fluxiones repellit, ſiccitate uerò, quę planè ualida eſt, eas atque ſanguinis eruptiones ſiſtit ac cohibet. hęc ille. Quibus manifeſtè refragatur Galenus, quippe qui acetũ adſtringenti ui eſſe præditum; pluribus in locis teſtatur. Siquidem lib. primo de alimentorum facultatibus in ipſa primũ præfatione ſic habet, ſin minus uis aluum ſubducere lentem excorticatam bis decoquito in aqua, uidelicet priore effuſa, dein ſalis, aut gari portiuncula addita, aliquid eorum quæ aluum modicè ſiſtunt, iniicito, puta acetum, ea menſura, ut guſtum non offendat. Quin etiam idem quoque affirmat libro primo c. uigeſimo de ſimp. med.

facult.

facult. Vbi acetum (inquit) haud perinde, ut cruſtam facientia medicamenta, ſed potius, ut adſtringentia, citra cruſtam ſanguinis fluores cohibet. Id quod item faſſus eſt apertiſsimè libro ſexto c. primo de comp. med. sec. locos, ubi ſtomatica pharmaca citra ſuccos compoſita ex aceto & gallis ex Andromacho deſcribit. Inquit enim conſpicuum uero eſt generoſum eſſe hoc pharmacum ex contrariis compoſitum, Gallę enim, & Rhus magis, adſtringētia ſunt, & maximè repellūt. Quibus palam eſt clariſsimum uirum Farnelium à Galeni ſententia non parum ab errare, quin etiam ab ipſius Dioſcoridis intentione. Si quidem is libro quinto de medica materia, acetum tum refrigerare, tum adſtringere ſcribit. Id quod certiſsimum eſſe deprehenditur ex aceto ipſo per alembicum diſtillato, quandoquidem ubi primum aquoſa aceti pars quæ ex aceto prius deſtillare ſolet, ex uino uerò poſterius, ſi quod remanſerit in uaſe quod in fornace reſidet, guſtaueris, manifeſtam adſtrictionem perceperis, ipſamq; non modicā. Quo fit ut à Galeni & Dioſcoridis ſententia haud tantillum quidem mihi diſcendendum fuerit.

De ſalſo ſapore. Cap. 5.

SAlſus ſapor in mediocri materia cõ ſiſtit, cum calore & ſiccitate. Aqueę .n. materię (quæ non exquiſite ſimplex eſt) partes quaſdam terrenas permi- ſtas, calor exernus tandem præaſſans, & urens, atque ſiccans, ſalſum ſaporẽ in ducit, fitque à terreno ſicco, quod in aqueo humido caloris ui prǫaſſatũ attenuatumque eſt: Neque igitur pror ſum terrenus, neque aqueus, ſed ex am borum permiſtione, quãdam materię mediocritatem ſortitur. Neque ſi ex calore proceſsit; hic tutus manet, ſed permiſtione obtunditur, ſiccitas uerò maior conquiritur ac perſiſtit. Propin quus præterea eſt ſalſus ſapor amaro, quippe terreni ambo ſunt, & calidi, non obſcura tamen diuerſitate diſsi- dent. quòd uidelicet amarus à calore arido plus ſit extenuatus, & elabora- tus. Nam ſi quid ſalſum excalfeceris plurimùm amarius tibi facile euadet, ut mari Syrię Paleſtinæ, quod mor- tuum uocant, à ſolis ardore æſtate ma gis, quàm hyemę compertum eſt eue nire. Salſa prǫter id, etſi calida ſint, non tamen ita uelociter, ut acuta pe- netrant, cum calida non ignea, ut acu- ta ſint, neque adeo craſſa ſunt, ut niſi

4. de ſ. me. f. c. 20. 21.

Lib. de ocul. c. 2. part. 5.

longa

longa mora penetrare queant, quemadmodũ acerba, & austera calida quidem & terrestria sunt, sed minus quã amara. Quin etiam acribus magis siccant, quanquam illis non similiter, sed minus calefaciunt. Incidunt etiam quæ saporem quendam habent nitrosum aut salsum, quorum etiã plurima aluum deiiciunt. Itaque cum concularum maris, cæterorumque ferè ostreorum succus salsus existat, uentrem soluendi uim obtinet. In summa, quæ salso sapore sunt incidunt, tergunt, tenuant, liquant, à putredine uindicãt, conturbant, uentriculum subuertunt, & ad uomitum impellunt, siccant, sitim excitant, exasperant, aperiunt, & abradendo expurgant, & hæc omnia imbecilliter ac tarde efficiunt. Ac ob hęc suamque modicam substantiam omnia imbecilliter & tardè soluentia roborant.

Lib. de uic. rat. in morbis acu. com. 4. de atte. uic. rat. cap. 3. 3. de s. m. f. c. 5

Mesue.

De dulci sapore. Cap. 6.

DVlcis Sapor suauis cùm sit, ac periucundus, maximè gustantes oblectat, nullaq; qualitatis exuperantia molestus est, uerùm ubi iecur malè afficitur, usui haud quaquam conuenit. Lieni pręterea si phlegmone obsideatur, pariter molestus est, atque multò ma-

Lib. de uic. rat. in mor. acut. com. 3.

gis uentriculo,& inteſtinis. Nam citò igneſcens,ob phlegmones caliditatem, facillimè in bilem conuertitur: Melle quidem delectantur tum uiſcera,tum uenter. Melli quoque & dulcia alia idem habere quis dixerit, atque ideo,ut ad uentrem ita ad uiſcera accommodari. uenter cutem his oblectari uidetur, nempe ubi ea deglutiuit, manifeſtè quodammodo ab aſſumptis delectatur,ueluti è contrario ab aſperantibus, amarisq; offenditur, neque ſolùm cum aſſumũtur, uerum quoque & ubi aſſumpta ſunt ad aliquod uſq; tempus,quo fit,ut nemo ea niſi interdum uice medicamenti, ut ob collectos prȩter naturam in uentre humores,ingerat. Vbi enim ſecundum naturam habuerit,iniucunda ipſa talia omnia ſunt:iucunda autem ſola, quȩ dulcia exiſtunt. Sanè in appellato gutture maxima ex deuoratis dulcibus exoritur uoluptas, corpore ſcilicet loci illius peculiare quidpiam cum ſucco huiuſmodi habente. Corpus hoc facit uentriculi interna tunica,ut & ea,quȩ linguam ambit, uerùm in lingua euidentiſsimam habet dulcedinis ſenſionem,in gutture autem uoluptatis. Senſio uerò manifeſta continuò efficitur & in uentris ore, quod dulcibus aſſumptis delectatur,modo animans ſecundum

dum naturam habuerit. Viſcera igitur hoc pacto dulci gaudere ſucco, plurimumq; ipſius celeriter euocãtia, cùm ualent, frui, aliq;, cùm uerò febriunt, aut phlegmone obſidẽtur, in id quod bilioſum eſt dulcem ſuccum conuerti par eſt. Calidum pręterea dulce omne eſt, nec immodicè calorem noſtrum exuperat, imò ſicut acqua calida, cuius contactus uoluptati eſt, maximè ubi frixerimus, hactenus uidelicet non ex calfaciens, dum concretas frigore in nobis particulas fundat, non tamen ſoluat, aut ſecet, diſtrahatúe continuum, ea inquam ut ſumma afficit uoluptate, ac utiliſſima eſt, ſic omne edulium dulce calidum ſanè omnino eſt, ſed non tamen calore excedit, ut is lædat, ac moleſtus ſit, ſed inter limites ſe ſe continet fundentis, lęuigantis, ac mollientis. Itaq; à temperato calore quamuis dulcedinem euenire minimè uerendum eſt: tam & ſi quò magis dul ce fuerit eo ualentius excalſaciat. Me miniſſe etiam oportet, ut quę uelut inungunt, atq; implent, ac in ſtatum ſuum reſtituunt exaſperatas partes, ac ueluti eroſas linguę particulas, hæc ſi cum uoluptate maifeſta contingant dulcia, ſin ſint, pinguia uocitantur. Porrò & illud quidem non ignorandum quòd ſuccus dulcis, cùm ſine acrimo-

4. de ſ. m. f. c. 9

9. de ſ. m. fac. c. de ga lactue lapide. 1. de ſ. me. f. c. 37.

nia, & crassitie, hoc est cùm solus planè fuerit, celerius quantum in ipso est distribuitur. quòd si acrimoniam, & crassitiem habuerit, citius subducitur. Postremò quæ dulcia sunt excalfaciunt moderate, maturant, laxant, rarefaciunt abstergunt & digerunt.

De pingui sapore. Cap. 7.

Pinguis sapor à Theoprasto additus, nec calore nec acrimonia gustum sollicitat, sed linguam orisq; partes lentore quodam oblinit. Is pręcipue animanduertitur in oleo, tũ simplici, tum amygdalino dulci, tum quoq; in eo quod è pineis nucibus exprimitur: quin etiam in adipe, medulla, & in recenti butyro, quę uetustate rancorem non contraxerunt. Pingui quoque sapore est Altheę radix, ac psyllii aut maluę, aut Cydoniorũ seminum mucago, nã in aliis plerisq; tum adipibus tũ oleis, ut in Ricino, Amygdalarũ amarorũ, & unguẽtarię Glandis, sub pingui sapore alii quoq; sapores existunt. At uerò ut non unus, simplexq; est eorum sapor; ita nec facultas, nec materia simplex est una: Nascitur pinguis sapor ex tenui non quidem ignea, sed planè aërea materia, quæ calore, & frigore quodammodo temperata sit, atque ea

licet

licet tenuis, ſicca tamen non eſt; alioqui pingue perinde ac acidũ & acre penetraret, & incideret. At certe humoris eiusq; aërei particeps magis eſt, ac proinde præcipua uis eius atque facultas eſt relaxare, emollire, & humectare.

De inſipido ſapore. Cap. 8.

INſipidus proprie ſapor nõ eſt, quòd qualitate nulla guſtum feriat. Huiuſmodi eſſe uidetur cucurbita, cucumis, quibus & alia plurima finitima ſunt. horum ſanè materia, quanquam craſſa quodammodo eſt, non ob id tamen terrena ſiccans adſtringens fuerit, ſed humore quodam etiã perfuſa, qui tamen non exquiſite ſicco permiſcetur ui caloris, & cùm neque ipſius frigoris uis ſuperet, accidit neceſſario, ut nullus guſtu ſapor, nulla effectu qualitas, aut facultas percipiatur. At nihilominus hęc eorum materia quoniam uere emplaſtica eſt, meatus omnes, & intus, & foris infarcit, & obſtruit, exaſperata lenit, & ſoluta agglutinat. Quanquam autem ſapor hic dulci affinis eſt, diſtat tamen, quòd in paulo craſſiore, atq; crudiore ſit materia, & à temperie aliquantum in extremum frigidius deuergat: dulcis uerò

2. de alim. facul.

ſapor in calidius. Moderato enim, ac miti calore bene concoquente, plurima dulceſcunt, ut fructus. Atq; etiam in dulci non nihil ineſſe caloris argumento eſt, quòd dulcia non pauca, ut mel, uetuſtate aut coctura amareſcũt.

Hi ſunt igitur ſapores ſimplices omnes atq; ſynceri: In quibus dignoſcendis ſeorſum nos exercitari oportet. Ex ſapore autem, quæ medicamenti temperatura, & quæ materia ſit, cognoſcitur. Ex his demum quibus id tum primis, tum ſecũdis qualitatibus ac uiribus ſit præditum.

De ſaporibus compoſitis. Cap. 9.

QVibus uero ſimplicibus medicamentis uarii ineſſe ſapores deprehẽduntur, ut (exẽpli cauſa) in abſinthio, quod præter amarorem qui primus eſt obuius, adſtrictionem quoq; habere percipitur, diuerſę quoque ſubſtantiæ, atq; facultates, ut adſtringendi & detergendi, ſeu corroborandi inſunt: Econtrario quoq; ſi cui medicamẽto, ut Cichorio facultates inerunt uariæ, ut detergendi, & refrigerãdi, ex uariis id quoq; & fere contrariis ſubſtantiis, à ſaporibus conſtabit. Itaq; à ſapore ſiue ſimplex is eſt, ſiue multiplex

plex, de materia deq; facultate medicamenti iudicari poteſt. Id autem facile aut certò fiet, ſi ſimplex aut exquiſitus ſapor erit. At rarò admodum purus ſyncerusq;, & ſolitarius inuenitur. In quibus igitur ſapor non certo poterit medicamenti uim, atq; facultatẽ exprimere, experiẽtia ſuccurrit ac ſupplet; atq; etiã ſi guſtu, aut ratione uideberis facultatem aſſequutus, ea tamen experimento identidem confirma. Multa enim plerunq; ſolitaria meditatio, & probabilis ratio ſuadet; quæ uſus, & experientia coarguit. At ne te fallax experientia decipiat, etiam atq; etiam caue ne effectum, qui per accidens à medicamento proceſſit, primum, & per ſe editum eſſe iudices. Quã obrem ſimplex quodque medicamentum ſępius quisque contempletur admoneõ, quò memoria teneat, quantum, quodque dulcedinis, aut acrimoniæ, aut alicuius ſenſibilis qualitatis habere poſſit. Neque enim qualitatum gradus uerbis ullis explicari queunt. Accedit pręterea, & aliud quoddam iudicii genus, quo uis uniuſcuiuſq; medicamenti perpenditur, longa experientia comparatum, quod quidem ratione declarari non poteſt. *1. de Antid. cap. 2.*

Simplex

Simplex medicamentum quo pacto intelligitur. Ca. 10.

1. de s. m. f. c. 1 Simplex medicamentum, & ipsum per oppositionem ad compositum nuncupatum est. Est autem id quod secundum naturam suam syncerum est. At facultas causa quędã est effectrix, quę quidem prouenit partim à primis qualitatibus, partim ab ipsius essentiæ tenuitate crassitieúe, partim ab utrisque. Eaq; partim actu, siue energia est, partim in futuro tẽpore. Actu quidem, ut calfaciendi in igne, refrigerandi in glacie. In futuro autem; ut calfaciendi in pyrethro, pipere, & similibus. Refrigerandi in alterco, mandragora, & papaueris liquore, & id genus

.3 de s. m. f. c. 14. cęteris. Est autem perspicuum & illud, nempe omnia propemodum medicamenta, licet sensu simplicia appareant, constat tamen natura esse composita: quin etiam subinde quoque non nullas diuersissimas in se continere facultates: nempe excernendi & sistendi, incrassandi, & extenuandi, rarefaciendi, & condensandi, illinendi atq; abstergendi, tendendi & laxandi, cęterasq́; oppositiones uniuersas. At mirum id uideri minime debet in id genus facultatibus cùm uni & eidem medicamento uim calfaciendi & refrigerandi inesse

esse appareat, aut exiccandi & humectandi, aut tenuium partium, & crassarum. quippe nisi primæ, efficacissimeque uirtutes hoc pacto complicarentur, haud sanè quæ ex illis sequuntur similiter complicatæ forent. Igitur quemadmodum in medicamentis cō-positis mirum non est, si contrarii simul affectus corporibus infligantur, ita neque in simplicibus, cum & ipsa sensu quidē omni, atq; cognitione simplicia appareant, natura uero sint composita. Quinetiam quemadmodum in iis, quæ nos componimus aut commiscemus, interim, si ita uisum est, plus adstringentis succi indimus, aut plus dulcis, aut amari, aut salsi, aut acris, aut alterius cuiuspiam contrariorum, nonnunquam uero utrosque partibus paribus, aut portionibus, aut uiribus, alienum non est. Itaque ex his conii-ci licet pleraque simplicium medicamē-torum dissimilarium esse partium, reque uera composita. Cæterum appellari simplicia, quòd cuiusmodi sunt talia natura sint, nec quicquam ex nostra industria assumpserint, quin & quod quædam crassarum sint partium & terrena suis substantiis, quædam tenuia & aerea, & dictorum media. Atqui meminisse quoque oportet medicamentum omne id appellari, quod naturam

3. de s. m. f. c. 16.

5. de s. m. f. c. 31.

1. de s. m. f. c. 1.

Medicamēta quæ tota substantia operantur.

turam nostram altera, aut mutare potest, & nutrimento planè contrariũ est, nec aliter inter se differunt medicamenta, quàm sola alterationis uarietate, quippe quędam una, uel duabus qualitatibus naturam nostram alterant, quædam tota sustantia. Eorum uero, quę una uel duabus qualitatibus nos mutant, bifariam diuidunt, Est enim una medicamentorũ species, eorum nimirum, quæ corpus excalfaciũt, aut refrigerant, aut siccant, aut humectant, mali tamen nihil afferunt. Altera eorum species est, quę & agunt & patiuntur aliquid, sed temporis spatio uincuntur, planèque asimilantur, adeo ut tam nutrimenta, quàm medicamenta existant. Sunt & alia quæ tota substantia nos alterant. Horum uel uti illorum duplex est natura, Quippe quoniam prior eorum species est, quę nulla substantiæ suę mutata parte, sed tota integra seruata uincunt, corpusque ipsum afficiunt ac mutant ad eum modum, quo id cibos mutat: atque hæc prorsus grauia, & quę animalis naturam corrumpere queunt. Ideoque Gręcis deleteria, hoc est uenenosa, lethiferaque uocantur. Ex hoc genere habentur, quę sua exuperanti frigiditate perimũt, ut cicuta, hyoscyamus, męconium, mandragora, & id

genus

genus alia: atque hęc non toto ſanè genere humanæ naturæ mortifera pro nuntiantur, ſed ubi eorum quantitas exuperabit; nanque horum quodque, ſi exigua quantitate deuoretur, nullã prorſus euidentem noxam nobis af fert, non ſecus ac ſi ingenti flammæ pauxillum aquę inſtillaueris, neque utique eò minus deleteria ſunt appellanda. Altera eorum medicamentorum, quæ nos tota ſubſtantia alterãt, ſpecies eſt, quę ubi mutationis principium ab animalis calore acceperit, deinceps iam putreſcunt,& corrumpũtur; deinde ipſum corpus una corrumpunt,ac putrefaciunt. Eiuſmodi quidem ſunt, quę erodendo putrefaciendoque interimunt medicamenta, ut cantharides, arſenicum,chryſocolla, aconitum, & ſimilia. Sunt autem hęc deleteria, & pernicioſa toto quidem genere, non ut frigefacientia duntaxat quantitate. Putrefacientia enim etiam ſi minima quantitate ſumantur omnino tamen corrumpunt, niſi unà cum excrementis excernantur, prius quàm iniuria corpus afficiant, aut cibis, aut aliis, quę uires eorundem obtundant, miſta fuerint. Sunt & medicamenta ex hoc genere, quę quanquã inter uenena numerantur, non tamen interficiunt, niſi modum exceſſerint,

2. aphoriſmorum, apho. 17

3. de ſ. m. f. c. 18.

ſiue

ſiue fortè fortuna in corruptionem uertantur. Cuiuſmodi ſunt medicamenta omnia, quę humores attrahunt atque electiuè purgant. nempe ſcamonium, Elleborus, Colocynthis, Elaterium, Vitis alba, Cyclaminus, Tithymalorum omne genus, Thapſia, Turpetum, pityuſa, Ricinus & alia nonnulla quæ prædictis de cauſis pharmaca, antiquis ſunt appellata. At qui meminiſſe prẹſtabit hęc non ſolum tota ſua ſubſtantia, atque forma operari, ſed etiã qualitatibus primis iuuantibus. Siquidem quanuis hoc bilem, illud pituitã atram bilemue deiicere propria facultate ualeant, cùm tamen omnia ſint calida, ſui ipſorum caloris ui adiuta, hunc, uel illum humorem facilius trahunt. Sunt enim medicamenta purgantia detrahendis humoribus familiaria, uerùm cùm ſint in attrahendo ęfficaciora, ualentioraque, humores ipſos attrahunt, non autem attrahuntur ab illis. Id quod facile in lapide magnete ſpectari poteſt. quippe qui ad ferri naturam accedat, & in ferri fodinis reperiatur, eique magnopere ſpecie ſit perſimilis; uerum fortior eſt quodãmodo, ut attrahere ſit aptior, quàm attrahi. Quin etiam Cnicum quoque à pituitæ natura alienum eſſe haud diffidẽdum eſt; vti in colore ſuo

3. de ſ. m. ſ. ca. 25.

præſe-

præfefert, fed tamen calore ipfo pitui ta ualentior eft, ut trahere, quã trahi magis par fit. Calida enim ut fint id genus omnia neceffe eft: Nam inter ea, quę fibi fubftantiis fimilia funt, quod calidius eft id potentius trahit, utpote quod effentię fimilitudine calorem adiunxerit. Cęterùm huiufce generis medicamenta, ubi fortè purgatione fruftrantur, extra quàm quòd corpori noxam afferunt, etiam alimentum homini prębent, alia uerò in corruptionem, ac tanquam in uenenum uertuntur. Prorfum enim medicamẽtum expurgans, uel cum uno faltem humorum, qui in corpore funt noftro fimilitudinem obtinet, non autem perpetuo permifta eft uis uenenofa, quamobrem, nec perpetuo, licet non purget iniuria afficiet, uerùm coctionem accipiet, talemque producet humorẽ qualem trahere natum erat. At hæc autem numerantur in hoc genere alia nonnulla medicamenta, quæ tametfi humores trahant eiiciantque innocua tamen funt, nifi fumentes modum excefferint. Nam quanuis quandoque fiat, ut humorum nihil educant, nunquam tamen in corruptionem & ueneni naturam trahuntur. Quo fit, ut à recentioribus Medicis hęc innocua appellentur. Ex huiufmodi itaque genere

3. de f. m. f. c. 23. lib. de Th. ad Pif. cap. 4. lib. de his quos purgare conueniet.

nere ſunt Manna, Caſsia nigra, Myrobalananorum omne genus, Tamar Indi, Rhabarbarum, Agaricus, Roſa, uiola purpurea, fumaria, Epithymum, Polypodium, Sena, Aloë, & id genus alia. Non deſunt quoque & alia ab his longe diuerſa, quę etiam tota ſua ſubſtantia ſuas exercent uires, uerũ haud quaquam humores purgant. Sed uariis admodum modis noſtris in corporibus agunt. Aliqua enim uenenoſa cùm ſint, ſuum tamen uenenum ſuperant, ac deſtruunt, alia corpori uniuerſo medentur, nonnulla uero, particulatim iuuant aut lædunt. Suis itaque ac propriis uenenis ſuccurrunt, uipera, ſcorpius, Mus araneus, Draco marinus, quippe hęc omnia diſſecta, & ſuis morſibus adalligata, uenenum ad ſe trahunt, & demorſos ſanant. Cantharides peculiariter ſolam ueſicam lædunt, lepus marinus ſolos pulmones inficit. Cicuta homines necat, ſturnos nutrit, ueratrum homines in perniciẽ ducit, conturnicibus uerò optimus eſt cibus. Amygdalę amarę pluribus modis nos iuuant, cęterũ gallinas, & uulpes necant. Romanę pęonię radix collo ſuſpenſa Epilepticos iuuat, caninũ Stercus anginis medetur. Lupinum uerò colicos ſanat. Sicq; mergi uẽter uẽtriculũ noſtrum roborat. Iaſpis lapis uiridis

uiridis, qui os uentriculi contigerit, ipsum pariter firmat. Lapinum Iecur Iocinorosis medetur, terreni uermes auriginosos sanant. Sicque alia complura habentur, quę hęc, & similia tota sua substantia operantur, quorum facultates, cùm à methodo, & ratione alienæ sunt, per solam noscuntur experientiam. Nam cur hic lapis tacto vulnere unde sanguis prorumpit cursum eius reprimat ac sistat, curque scamonium bilem, Cnidium granum cutem subeuntes aquas deiiciat nobis sanè occultum est, & sola experientia comparantur.

9. de s. f. m. c. de lapidibus. 13. Math. c. 6.

De primis, secundis, & tertijs facultatibus. Cap. 11.

MEdicamentorum qualitates, aliæ quidem primę, alię secundæ, alię deniquę tertię numerantur, atque eas quæ primę dicuntur, caliditatem, frigiditatem, humiditatem, siccitatem nuncupant, & hę quidem in elementis, nempe Igne, Aere, Aqua, Terra syncerissimę habentur. Itaque certo pronuntiandum quatuor hęc omnia esse communia & prima elemẽta. Namq; prima sunt hęc in mũdo simplicissima corpora, cętera uerò, nẽpe plantę & animalia ex istis componuntur.

Lib. 1. de element. c. 1.

7. de s. m. f. c. 1. tur. Quamobrem hinc omnis membratim medicamentorum in agendo prouenit diuersitas quod hactenus eorum unũquodq; aut calidũ est, aut frigidũ, aut siccum, aut humidũ, aut tenniũ partium, aut crassarum. SECVNDAE aũt à primis ortũ ducunt. Cæterùm cũ particulatim unumquodq; nõ pari modo ex illis temperatũ sit, aliud puto ex illis laxatiuum euasit, aliud emolliens, aliud indurans, aut rarefacines, aut condensans, tum ex operibus quæ edere nata sunt, facultates in se habere dicta sunt rarefaciendi, condensandi, emolliendi, indurandi, illinendi, extergendi, attrahendi, repellendi, laxandi, contendendi, reseruandi, concludendi, incrassandi, extenuandi, doloris sedandi, ac ciendi, concoquendi, pus mouendi, digerendi per halitum, putrefaciendi, urendi, erodendi, crustam faciẽdi, fundendi, dẽsandi, succum prauum procreandi, attemperandi, purgandi, sistendi, exasperandi, leniendi, infarciendi, farctuque liberandi. TERTIAE uerò qualitates dicũtur, quibus medicamenta licet primarum & secundarum ope agant, in proprium tamen aliquod membrum, aut proprium humorem agunt, atque hæ particulares dicuntur qualitates: nempe urinas ciendi, uomitus prouocandi

5 de s. m. f. c. 2

di, uentris ſubducendi, lubricandi, per nares, & os purgandi, menſes mouendi, aut comprimendi, lactis, & ſeminis tum generandi, tum extinguendi, tum prouocandi, & reprimendi, magisque etiam cùm à capite cephalicas, ab oculis ophthalmicas, ab auribus oticas, à dentibus odenticas, à uentriculo ſtomachicas, à pulmone pneumaticas, à coſtis pleuriticas, à Iocinore hepaticas, à Liene ſplenicas, à renibus nephriticas, à coxa iſchiadicas, à pedibus podagricas, ab articulis arthriticas, à tuſsi bechicas, à calculis comminuendis lithonthypticas uocant. Pari modo quædam dicta eſt ſarcotica facultas à procreanda in ulceribus carne, ab inducenda cicatrice epulotica, à glutinando collectica, à purgatione cathartica, ab excreſcentia carnis detrahenda cathęretica, & alia ſimilia, quæ omnes uix particulatim numerari poſſunt, ſi ab uno quoque ſingulatim eorum quæ perficiuntur deflexa illis imponere nomina aggrediamur.

Quid agant quę ſubtilium ſunt partium, quæve craſſarum. Cap. 12.

MEdicamenta tenuium partium, quin etiam craſſarum alia calida, alia

4. de s. m. f. c. f. c. 2. alia frigida. Quæ autem calida sunt subtilium partium nonnunquam omnino non mordicant, sed duntaxat cal faciunt, quòd etsi quandoque mordēt non tamen urunt, calida uerò crassarum partium mordent acrius ac uellicant, urunt atque ulcerant. Cæterùm frigida, quæ tenuium sunt partium, cū magis in profundum transeant, uehementius etiam ob id mordicant, sed multo etiam magis, quæ cùm tenuiū sint partium, inęquabilem obtinent intemperiem. Quæ uero crassioris sunt essentiæ, omnino, nullum introducere humorem queunt. Cutis enim superficiem non subeunt, proinde nō mordent, neque uellicant. At tenuiū partium aer est, crassarum uero terra, medium eorum tenet aqua. Aer autē accensus fit flamma, terra uero pruna, uerùm aqua uehementem sanè calidi tatem accipit, sed nec flamma, nec pru na propter innatam humiditatem effi citur. Si quidem flamma & pruna ignis sunt genera. Ignis autem omnis calidus est, & siccus, at aqua sicca ut sit fieri nequit, proinde nec ipsius ignis qualitatem exactè, sicut aer, & terra accipit. Nullum est itaque æque calidum medicamentum ut aut est flāma, aut pruna, aut aqua feruens, imo ut sit uel calidissimum, omnino tamen plu

4. de s. m. f. c. 3.

rimum ab illis uincitur: procedit tamen ad ustionem usque medicamentorum caliditas, ubi uidelicet in crassa consistit essentia. Cęterum ea tenuium partium esse dicimus, quæ celeriter in tenuia soluuntur. Id quod perpeti nequeunt crassarum. Quòd ergo ea soluantur, calor qui est in animantis corpore, cui unumquodque applicari contingit, in causa est. Quòd autem in tenues crassasue partes cōminuantur, id à sua ipsorum natura obtinent. Præterea medicamētum quod tenuis est materiæ, si pariter calidum est citra ordinem tertium, ut petrosilinum, & hyssopus, sumptum quidem corporis meatus exiguos aperit, & humores tenues dissoluit, dissipat, seu halitu digerit, hincque sudores, & urinam mouet, crassos uerò incidit, attenuat, seu comminuit, foris autem impositum cutem rarefacit, & dilatat, ex alto quoque corpore spiritus, humoresque trahit, atque resoluit, At si etiā quarto est calidorum recessu, septicū habetur, quòd nimirum aut urit, ulcerat, aut uesicas excitat, aut colliquat. Quod uero tenuis est materię, si temperatum, aut etiam si pariter id frigidum existit, ut acetum, intro sumptū aperit quoque & attenuat, sed ignauius, quàm calidum aut foris inductū

C corpo-

corpori, quatenus frigidum est fluxionem repellit, & eruptionis impetum cohibet. Idque ualidius, quàm quod frigidum adstringensque est. altius enim frigoris uim deducit. Quod uero cum media materia frigidum quoque existit, ut portulaca, modice fluxionem repellit, ac sistit, siccat, & adstringit. Cæterùm medicamentum mediocris materię, quod una temperatũ fuerit, ut oleum simplex, relaxat, emollit scirrhos, concoquit, maturat atque pus mouet. At moderatè calidum, ut chamæmalum, quia dolorem lenit, anodinum appellatur. Quod paulo calidius sed citra tertium est ordinem, ut absinthium, sumptum quidem aperit ora uasorum glutinososque deterget humores, ac proinde uenas, meatusque omnes expurgat, & eorum obstructiones expedit, quod tenuior materia, quia celerius & sine detersione penetrat, non effecerit. Quod item tertium caloris recessum superat, ut colocynthis, aristolochia, non solum detergit, sed etiam quia acrius, partes ipsas uehementer exasperat, & exulcerat. Medicamentum item, quod in crassa, terrenaque materia temperiem quandam caloris frigorisque nactum sit, ut bolus Armenus, aut lemnia terra, interiores meatus obstruit cutem-

cutemque obturat, exasperata lenit & soluta agglutinat, infarciens enim est aut emplasticum, aut leuigans aut etiã glutinosum: Quod autem moderatè seu calidum, seu frigidum existit, ut rosa, ut myrtus; laxiores partes contendit, atq; idcirco corroborat. At immoderatius uelut ordine quarto calidum, ut calx, ut auripigmentum, excedit, estq; septicum, causticum, uel escharoticum. Immoderatius uerò frigidum, atq; siccum, ut galla, & nux cupressi, ora uasorum sumptum non modò obstruit, uerùm etiam contrahit, & occludit, meatus omnes coarctat, seu coangustat, ipsos uero humores supra modum incrassat. Foris impositum cutem densat, & adstringit, fluxionis impetum cohibet, ac etiam repellit, & uulnus cicatrice obducit. Ita igitur facultates secundas ex medicamenti materia temperamento perfusa prodire, quiuis intelligere potest: Porrò medicamentorum facultates iudicandæ sunt ad nostram naturam, hoc est ad hominis nõ extra hominem, ad aliud, quoduis collata, & unũ quodq; medicamentum considerandum est non quale ex se sit, & ad totam naturam, sed quo pacto nos afficiat: Nam acetum & aqua marina, si ex se iudicentur, humida esse deprehenduntur ad
1. de s. m. f. c. 38.

noſtram autem naturam collata,ſicca proculdubio iudicabuntur.

Noſcendum quantum unumquodque medicamentum habeat caliditatis, frigiditatis, ſiccitatis, humiditatis per gradus uſque ad quartum. Ca. 12.

VIres Medicamentorum, non ſolùm cuiuſq; generatim noſcendæ ſunt (ut quidam ſcripſerunt, dicentes eas calfacere uel refrigerare uel ſiccare uel humectare) uerùm diſtinctè membratimq́; ex quo ſint ordine, primo uidelicet, aut ſecundo, aut tertio, aut quarto cognoſcere oportet. Nam non nulla quidem medicamenta obſcurè prorſus unumquodq; prædictorum efficiunt, quædam manifeſtò, aliqua ualidè, alia abſolutè. Non ſatis eſt ergo nouiſſe pharmacum hoc calefaciendi, aut refrigerandi uirtutem habere, ſed quantam habeat diffinire oportet. Siquidem tanto medicamen expedit eſſe calidius, quanto exuperauit frigiditas; tantoq́; ſiccius, quanto, & uicit humiditas. Calefaciunt enim (exmpli cauſa) reſinę omnes, idq; ſibi commune habent, attamen maioris, minoriſq́; rationem non exiguam in calore

1. de me. ſec. gē. c. 20 *5. de ſ. m. f. c. 5.* *1. de cōp. me. ſec. gen. cap. 20.*

re sortitę sunt. Item succi plures non mediocriter ratione ad maius, minusque facta, differentes, excalfaciunt. Nã panacis succum cyreneo, & Medico, si conferas, uidebitur tibi hic nihil ceu ad illos esse. At quorsum attinet sermonem ipsorum diuertere longius, cùm eorum differentia quibus in cibo utimur, quotidie possimus meminissè. Anethum igitur, & ruta, cæpaq; omnia calefacientia, magno inter se uariant discrimine, qua propter in curationibus quoq; particulę admodum refrigeratæ, medicamen, quod impensè calefaciat applicabimus. Illi uerò quod paululũ à naturali habitu recessit, modico calore præditum: sicut & insigniter refrigeratæ uehementissimè calefaciẽs adhibebitur. Meritò igitus quatuor nos excalfacientium ordines statuimus, separantes à modicè calidis ea, quę euidenti eiusmodi qualitate pręcellunt, tum quę magna, tum quæ uehementi adeo, ut urere uideantur. In singulis autem illis quatuor ordinibus diuersis, quędam esse uelut incipientes differentię, non nulla desinentis, & ei quę post hac existit propinquæ; alia in medio cõstituta. Itaq; sunt ex iis, quę propter caloris uim exulcerent, quemadmodum etiam ex illis, quę septica, idest exedentia, seu putrifi

ca nominantur: Alia simulatq; corpora contigerint, potestatem suam ostendunt: quędam duabus, tribusúe, aut quatuor horis opus habent, non nulla diem totum; uel etiam post eum noctem, uel maius dein spatium requirunt. Hę iam, ut in calefacientibus, ita quoque in refrigerantibus intelligere eum oportet, qui mediacamen aliquod confecturus est. Pari modo, & in eis, quæ humectant siccantq;.

An rationi magis, quàm experimento adstipulandum.

Cap. 14.

MEdicamentorum omnium notitia duobus artis medicę fundamentis consequitur, nempe ratione, & experimento. Atqui sine experimento eorum uires haud rectè cognosci possunt, nanque plerumq; illud dictat ratio, cui non astipulatur experimentum. Contra uerò id experimentum sępe ostendit, cui ratio non consentit. Hæc itaq; sunt utraque coniungenda quantum licet, & quę ratione inuenta sunt, tum sensu tum experimento sunt probanda, atque eo quidem assentiente comprobanda. Contra item eorum, quę experimento sunt inuenta, quę-

6. de sanit. tuend. c. 14. 2. meth. cap. 6. De Thе. ad Pis. cap. 30.

renda ratio eſt,quã ſi aſſequamur,tunc demum nullo interiecto ſcrupulo, extollendum medicamentum eſt; ſin autem ratio ſubterfugiat,aut etiam reluctetur, ſuſpectum ſanè id redditur, at non ſemper negligendum; ſiquidem Ariſtoteles expertos magis id, quod uolunt conſequi exiſtimat,licet rationem ignorent, quàm eos, qui rationem quidem rei tenent, ſed inexperti ſunt. Quin etiam Galenus Empiricos magis,quàm methodicos probat:Etſi enim qui ſoli nituntur rationi ſapientiores ſunt, (ut idem ſentit Ariſtoteles)in medicina tamen,quæ circa ſingularia uerſatur, errant magis, qui rationem abſque experientia quàm qui experientiam ſine ratione perſpectam habent At uerò experimẽti certitudo, non ſtatim ex uno ſucceſſu iudicanda eſt,ſed obſeruanda ſunt multa. Atque iis demum diligenter animaduerſis de experimento, quod certum ſit, & conſtans,ferri iudicium oportet.

1. meta phy.ca. 1.

3.de lo. aff. c.2.

1.Phyſicorũ.

De uaria parandorum medicamentorum ratione. Cap. 15.

CVm ſimplicia medicamenta,de quibus meminimus ad morbos pellendos uariis ſub formis, & modis parari ſoleant,ſiue intus in corpus ſumantur,

 ſiue

siue extra admoueantur mihi quidem de his non abs re differe uisum est, nẽpe de Elixatione, Maceratione, Destillatione, Liquatione, Dissolutione, Assatione, Vstione, Lotione, & Attritione. Siquidem prærer id, quod non desint affecti, quibus hæc magis, quâm illa placeant, parandi ratio, sunt quoq; aliæ, quę ad affectos locos, non nullę uerò ad ipsos morbos commodiores habentur. Cęterùm de elixatione in primis mihi dicendum proposui, quòd hæc frequentius in medicamentorum usum usurpetur, quàm quę aliis parantur modis.

De elixatione. Cap. 16.

PLurimum sanè refert ueram elixandorum simplicium non ignorare rationem: Nanque ubi quispiam id ignorauerit, haud unquam poterit rectè integras medicamentorum uires in suo ipsorum decocto afferuare. Si quis enim, lignum, cortices, radices, semenue breui tempore coxerit, quòd in solida materia horum uis consistat nullo sanè pacto hæc suas facultates integras in ipso, quo decoquuntur iure deponent: contra uero uires, quę tenui, ac disipabili substãtia consistunt, ut longa coctura euanescunt, ita breui per

perbelle conſeruantur. Itaque eorũ, quę coquuntur materia diligenter examinanda eſt: craſſa ne ſit, an dura, cõpacta ſolida, ſicca ue, ut lignorum, radicum ſiccarum, corticum, ac ſeminum, an tenuis imbecillis, & facile reſolùbilis, ut adianthi, aſpleni, epithymi, ſenæ, rhabarbari, agarici, cuſcutę, ocimi, myricę, thymi, uiolæ purpureæ, croci, ſchænianthi, florumque cum bugloſsi & nymphcæ tum etiam cęterarum plantarum. Atqui meminiſſe quoque oportet, odorata fere omnia leuiſsima indigere coctione, nam tametſi ligni cortex ſit uulgare cinnamomum, & zingiber, acorus, iris, galanga, aſarum, nardum, ſint radices, cùm tamen horum omnium uis ſit in ſuæ ipſorum ſubſtantię tenuioribus partibus, ubi coquantur plus quã par ſit facile diſsipatur & perit, ac in auram euaneſcit. Itaque cùm plura ſimul diuerſarum ſubſtantiarum coquenda erunt, quæ compactiora fuerint, & diuitius excoqui poſtulant, primò in tepidam aquam coniecta aliquandiu merceranda ſunt, & deinde coquenda. Hęc deinde conſequi debent, quę mediocriter, ac poſtremò, quę leuiter coquenda ueniunt. nempe primùm ligna, deinde radices, ſemina, lignorum cortices, denide hęr-

bas, poſtremò flores, qui tamen macerari potius, quàm coqui debent. Cæterùm percocta omnia macerari oportet à coctione in ſuo ipſorũ iure quouſque egelida fuerint, demum ius linteolo percolandum, atque in uſum recondendnm. Porrò & illud haud ignorandum, ſclicet quòd ubi herbæ, radicesq́; recentes fuerint minus aquę ad cocturam ſumendum eſt, quàm ubi aridę fuerint elixandę. Cùm enim hæ duriores aridioresque ſint, & diutius cõcoqui poſtulent, humorisque non parum combibant, longè plus aquę exposcunt, quàm quæ recentes ſunt, & uirides. Pręterea animaduertendum eſt ut uas (quod fictile potius, quàm æreum eſſe debere ſtatuo) in quo medicamenta, & præſertim, quę calidam poſsident qualitatem, ac tenuiorum ſunt partium, perpetuo contectum ſit cooperculo fornicato, ſeu concamerato, quod in fictilis os inſeratur, nanque uapor omnis, qui ex feruore ſurſum fertur fornicatum cooperculum petens in aquam conuertitur, quæ deinde in feruentem ollam guttatim ſtillat, ac recidit. Quo fit ut uapore concluſo nulla uis deperdatur, quemadmodum deperdi ſolet in decoctis, ſeu apozematibus, quæ in publicis parantur myropoliis ubi cacabis ex ęre fabricatis

bricatis, nullo prorſus cooperculo adhibito, hęc parari ſolent, magno cùm medicorum tum ægrotantium detrimento, minimè qui ita parant conſiderantes, quòd ubi calida, tenuiumque partium ſimplicia coquuntur potior eorum pars in auram deperditur. Atqui interim dum hæc ſcribo Ioannem Farnelium uirum per quàm doctiſsimum, mirari ſubit, quippe qui libro quarto cap. quarto & undecimo meth. medendi in Ioannem baptiſtam Montanum Veronenſem medicum omnibus numeris celeberrimum his uerbis inuehitur. Non enim (ut quidam prodidit) aqua ſimplex tanquam communis ſit materia omniũ cum quibus permiſcetur, cum calidis calefacit, & cum frigidis refrigerat, neque ſi ſeorſim diutius coquatur (quod ille putat) incaleſcit, ſed frigida ſemper tametſi minus, perſiſtit, ac perpetuò calidorum, & attenuantium, quę incoquuntur uim obtundit, quin etiam coctio omnis eorum quibus tenuis eſt materia uim aut minuit, aut prorſus diſſipat, craſſarum uerò ut metallorum adſtringẽdi, ſiccandiq; facultatem auget. hęc ille. Quę quidem immenſam Farnelii in materia medica doctrinam, atq; experientiam ne per ſomnium quidem,

refipere uidentur. Si quidem his apertissimè refragatur Galenus. Quippe qui libro primo, cap.4. de simpl. me. fac. At si marinam aquam, inquit, aut muriam, aut id genus aquam mistam, bituminosam uidelicet, aut sulphurosam admoueas, usque adeo hominem offenderis, ut partem ipsam sis adusturus, quibus palam est, quod aqua in quam calida uenerunt medicamenta, non solum excalfaciat igni non admota, sed etiam urat. Id quod etiam affirmat esse falsum, coctionem, quę in aqua fit calidorum, & attenuantium medicamentorum uires minimè retundere, minuere, & prorsus dissipare. Nãque si uerum id esset, aqua in qua aut sal, aut calx, aut acerrimus lignorum cinis, aut arsenicum, aut chalcanthum, aut argentum uiuum, quod officinę sublimatum uocant, incoctum fuerit, particulis quibusuis corporis admota haud quaquã ea exulceraret: sed cùm secus res se habeat, cadit, peritq́; (eius pace dixerim) Farnelii sẽtẽtia. Quo fit ut asserere non dubitauerim aquam omnino suam immutare naturam, ubi cum uehementer calidis permista fuerit, quod iis superantibus frigiditatem amittat. Nam sicut ignis, cui aqua admouetur eam adeo actu incalescere facit, ut dum calens est, urat, &

exulceret

exulceret, ita & quę uehementer calida ſunt medicamenta, aquę incocta, aut macerata, ſua quoque potentia calidam ipſam efficiunt. Sed hęc eſt inter ignis & medicamentorum calorem differentia, quòd ignei caloris uis, ubi aqua refrixerit, euaneſcat, medicamentorum uerò contra, quòd omnino ſit inſeparabilis, nec unq̃ deperdatur. Hincq; fit ut tam calida, quàm frigida admota aqua, in qua uehementer calida incocta ſint, perpetuò exulceret, & urat. Cęterùm quòd aqua quę ſeorſim coquitur caliditatem haud paruam acquirat (ut Montanus aſſerebat) teſtatur Galenus lib.3.cap.22. de ſimme.fac. ubi ſic habet. Aqua pura diuitius feruefacta, ſalſior redditur, nec mirum cùm ipſa aqua optima diuitius decocta ſalſam qualitatem tandem aſſumat. hęc ille. quibus, cùm ſalſus ſapor omnium conſenſu ex calore, & ſiccitare proueniat, palam ſanè eſt aquam diutius coctam; calidam aſſecutam eſſe qualitatem. Itaque ex præſcriptis concludendum eſt, calidorum medicamentorum uires, quę in aqua elixantur, haud quaquã obtundi, minui, aut prorſus diſſipari, præſertim cùm ſenſibus manifeſtè pateat, aquam in qua allium, cępa, porrum, zingiber, piper, pyrethrum, Guaiacum lignum, non aliter

ter dum potatur, fauces, & guttur uelli care ac urere, quàm si piper ipsum aut zinigiber deglutiretur. Id quod pariter accidet, ubi quispiam aquã potauerit in qua amara medicamenta, nempe lupini, gentiana, minus centaurium, aut absinthium incocta fuerint. Quofit ut non sit opus pluribus hæc comprobare.

De infusione siue Maceratione. Cap. 17.

DIximus de elixatione satis, nunc uerò de infusione disseremus, quæ quidem in medendis morbis magnam affert medicis commoditatem, & præsertim ubi ægri aut morosi admodum, aut delicatores fuerint, & solida respuerint medicamenta. sed & illud plurimi faciendum censeo, quòd infusiones non solum integras medicamentorum uires asseruent, sed quòd decoctis longe gratiores, præstantioresque habeantur, ubi recta parandi ratione fiant. Prestat autem maceratorum dilutum, longè magis, quàm elixorum decoctum, quoniam exoluentium medicamentorum uires ualentius in se recipiat, contra uerò decoctum, in eo sanè infusionem precellit, quòd eorum medicamentorum ui

res quæ in crassa, & terrena substantia consistunt, longè melius extrahat, & excutiat. Quamobrem qui materiam medicam intelligunt, ea ferè semper macerant, quæ aluum ducunt, quòd eorum uis in tenui substantia residat. Deponunt enim huiusmodi medicamenta, in aquam, aut serum lactis, aut uinum, in quibus macerantur, per belle quidem uim suam omnem exoluentem, Id quod non paruo fit ægrotantium commodo. Namque sępe accidere solet, ut qui, crassę substantiæ potiones præ nausea ebibere, aut catapotia deuorare nequeunt, his maceratorũ simplicium dilutis diligenter paratis ad parendum medicis alliciantur, & subinde absquę ullo incommodo purgentur, quo postea fit, ut libentius interum, atque iterum eiusmodi potiones hauriant, ubi cõtumax morbus uno tantum haustu euinci non potest. Dantur præterea hę potiones securius, quàm quæ medicamentorũ integram substantiam habent, quòd uétriculo, ac intestinis haud hęreant, tormina, & alia incommoda non excitent, & magis obstructos meatus aperiant, ac peruadant. Cęterùm pręter hæc est infusio admodum utilis ad olei genera ferè omnia paranda, quibus in myropoliis est usus, nam paucis

cis omnino exceptis, quæ per alembicum destillari solẽt, ac etiam prælo exprimi, in oleo ipso plantarum folia aut flores, aut succi tã diu insolantur, aut in balneo calẽtis aquæ detinẽtur, quàm sat fuerit. Præterea non semper medicamenta infundimus, ut eorum uires in liquorem, in quo macerantur transferamus, sed etiam ut uires quæ in ipsum liquorem prius translatę sunt in aliud trãsferamus medicamentũ. Siquidem hac ratione Aloẽ tum in aromatum, tum in Rhabarbari infusione, tum quoque in rosarum succo aliquando maceramus, quousque dilutum ipsum ita paratum combibat, cùm uentriculum, aut caput, aut Iecur, catapotiis inde paratis iuuare cupimus. Quinetiam Turpetum in agrestis cucumeris succo aliquandiu macerandum relinquimus, ut adaucta purgatoria facultate, excrementitios humores à remotioribus corporis partibus ualentius educat, ac trahat. Præter id macerantur & quędam alia ad lęsionem prohibendam, quam uentriculo & intestinis medicamenta quædam hęrendo inferunt. Itaque colocynthidis pulpam in tragacanthæ lachrymę mucagine, atque scamonium in oleo uiolaceo macerari solent periti medici, ut adepta hoc pacto lubrica

ca qualitate, facilius permeent. Hæc etiam ratione, exuperantem acrimoniam exuunt chamęlęa, thymelæa, & pithyuſa, ſi prius aceto macerata ſiccentur: Porrò medicamenta, quæ maceranda ſunt, & pręſertim à quibus uires deiectorias elicere uolumus, ſi arida fuerint, & humore deſtituta, ut ſenę folia, uel ſiccę radices, nempe rhabarbari, polypodii, aut aſari in tenues particulas prius concidenda ſunt & deinde in aqua uel lactis ſero macceranda in fictili uaſe uitro ubique obducto atque circumlito, oris anguſti, ut melius faciliusque occludi queat. Itaque medicamentis (ut prædiximus paratis,in huiuſmodi fictile coniectis aqua feruens ſuperinfunditur, fictiliſque oſculum adeo concluditur, ut nullus penitus ſpirandi pateat aditus: His peractis; puluinari plumis anſerimis referto, ignique calefacto, uas inuoluitur, & in arca aliqua reponitur, ibique tamdiu aſſeruatur donec quæ infuſa ſunt ſatis macerentur: Id quod diei unius ſpatio commodè fieri ſolet.Sic enim conſeruato calore, omnem medicamenti facultatem dilutũ in ſe recipit. Sunt qui in tepido tantũ liquore (ut Farnelius iubet) dilutum parari doceant triduo,aut quatriduo, uerùm cum uehementior extrahendi

uis

uis insit ubi calor uehementior quoq; fuerit, quàm ubi remissior, ego quidem perpetuo feruenti aqua usus sum, idque non modo, q̃ citius, & fęlicius res ipsa mihi successerit, sed etiam q̃ odoratiores, gratiores, præstantioresque potiones hinc profectò fiant. Siquidem quæ in egelido liquore macerantur, non nisi diuturniori tempore perficiuntur, nempe trium, aut quatuor, aut fortasse plurium dierum spatio. Quo fit ut interim dilutum aut situm, aut acorem, aut putredinem, aut graueolentiam contrahat, quibus non solũ sumẽtibus magna admodum concitatur nausea, sed quod peius est, ipsum corrumpitur medicamentum. Pręter id tantum aquæ, alteriusuè liquoris accipiendum est, quantũ satis sit pro medicamentorum quantitate. Videlicet ubi (exempli gratia) senæ aridæ uncia maceranda sit, aquę uncię decem superinfundi debent, vbi verò uel huius, uel aliarum plantarum folia uiridia recentiaque fuerint, minor sanè quantitas sufficiet, ut in elixatione superius diximus, quòd plus arida, minus recentia liquoris combibant. Vtimur autem dilutis eiusmodi ratione paratis non solum in apozematibus, sed etiam fœliciter admodum, in quotidianis potionibus

aluum

aluum mouentibus, quòd hęc (ut diximus) longè gratiora sint quàm ipsa solidorum substantia: quin etiã, quòd quæ liquida sunt, citius quàm crassa per corporis meatus distribuantur. Quare rectè Hippocrati dictum est, facilius refici nos posse potu quã cibo.

De Destillatione. Cap. 18.

PRiscorum Medicorum nemo fuit, qui quicquam ad posteritatẽ transmisisset de arte eliciendi aquas stillatitias ex plantis, aut aliis quibusuis uegetabilibus. Parabant illi potiones suas ex dilutis, uel decocti ad curandos corporum nostrorum affectus, aquarum stillatitiarum nulla habita mentione, aut fortasse notitia. Inuentum ergo hoc nouum est, referuntq; quidam ad Chymicæ artis professores, alii ad Medicum quendam, qui (ut narratur) dum forte fortuna betam decoctam adhuc calentem in stagneam patinam effunderet, & alteram similem patinam superponeret, ne statim refrigesceret olus, idq; ubi sub edendi tẽpus detegeret, uideretq; superiorem patinam, aqueo liquore, ipsoq; copioso adeò resudantem, ut undiquaq; plurimæ excurrerent guttæ, quæ oleris iam cocti tum odorem, tum saporem resipiebant

his

his omnibus diligenter consideratis sicq; artē à natura edoctus instrumentum excogitauit plumbeum campanæ rostratæ modò paratum ad cotegendam æneam patellam super fornacem compositam quæ herbas excipit, ut subdito igne, stillatitias consequeretur aquas. Id quod illi felicissimè cessit. Elegit ille sanè non sine ratione plumbea hæc instrumenta, quòd sibi persuaderet plumbum ob suam, quam possidet frigiditatem, ascendentem uaporem à plantis ab igne calefactis, per quam facilè in aquam uertere posse. Et rectè quidem cùm è nullo alterius metalli, aut materiæ Alembico tam copiosa educatur aqua, ut è plumbeo. Id cùm postea contēplarentur alii nouū modum excogitarunt, quo uno tantū igne & una tantū fornace plura concalefacerent uasa, singula singulis plūbeis alembicis contecta, ut minore sumptu, ac labore, copiosas adipiscerentur aquas. Quamobrem fornacem, cuius imaginem primo loco dabimus sibi fabricarunt. Cęterùm cū nō desint, qui semper meliora inuentis addere satagunt, præsertim chymicę facultatis professores. ii cùm uiderent eiusmodi aquas plumbeis alembicis paratas suarum plantarum odores, saporesque haud quaquam resipere sed potius fu

mum

num olere, & aduſtionis nidorem, & quæ ex amaris acutisq; plantis fierent, nec amaroris aliquid, nec acredinis, ſed dulcedinis nō parum guſtantibus reddere, aliud ad hoc munus obeundum inuenerunt inſtrumentum, quod ueſicam appellauere, quo paſsim utuntur ii qui è uini fęcibus Aquam uitæ deſtillant, herbis unà cùm communis aquæ non mediocri quantitate in uas æneum coniectis, ut ex fornacis ipſius imagine quiſpiam uidere poterit. Cæterùm concinniorem modum poſtremi repererunt: quippe qui eiuſmodi aquas in feruentis aquæ balneo, quod Marię chymiſtæ uocant, aut ſuper uaporibus extrahunt. Siquidem conſtat has eſſe omnium pręſtātiſsimas, quòd ſuarum plantarum tum odorem, tum ſaporem egregiè retineant. Euenit ſanè hoc, quoniam balneum feruentis aquę ſua ipſius humiditate partes tenuiores retinet, conſeruat ac cuſtodit in herbis, quo fit ut eæ non reſoluantur ſuis in plantis, quemadmodum in iis, quæ lignorum, aut carbonum uiolento igne exuruntur in patellis, qua propter, inter aquas, quæ balnei calentis ui deſtillantur, & quę plumbeis alembicis extrahuntur, tanta deprehenditur differentia: quanta inter uinum & aquam: Quippe quæ
fiunt

fiunt in balneo feruentis aquę, aut ſuper ipſius uapore, uitreis alembicis ad id muneris paratis, ut poſtea oſtendemus, eæ quidem ab herbis, & floribus, à quibus manant, nec ſapore, (ut paulò ante diximus) nec odore diſcrepant: quin etiam non ſolum herbarum qualitates ſecum trahunt, ſed etiam tam limpidę, clarę, ſyncerę́q; proueniunt, ut ne tantillũ quidem fumi, uel aduſtionis nidorem reſipiant. Contra uerò nunquam, uel rariſſimè guſtaueris aquas è plumbeis alembicis reſultantes, quin tibi fumidum quiddam in ore relinquant. Quę res non modo guſtantibus, bibentibusúe, pręſertim ęgris, qui cęteris moroſiores ſemper eſſe ſolent, nauſeam mouent, & moleſtiam afferunt, ſed plurimum noxę pectori, uentriculo, iocinori uiſceribusq; omnibus ignerunt, quòd à plumbeis uaſculis è quibus deriuantur malas qualitates eliciant, & in ſeipſas contrahant. Quare rectè Galeno dictum eſt. lib. ſeptimo, cap. ſecundo de comp. med. ſecund. loc. ubi confectionem è papauerum capitibus parat, fugiendas, uitandasq; eſſe aquas quę plumbeis canalibus ducuntur, quòd dyſenteriam faciat, & abradat inteſtina. Patet hoc manifeſtiſſimè in abſinthii aqua ex plumbeo Alembico profecta, nam eam

ram dulcem eſſe conſtat, non ama-
ram. Id quod à plumbeis inſtrumen-
tis,quibus conficitur (ut diuturna do-
cet experientia)euenire certum eſt,id-
que non ſolùm in abſinthii aqua; ſed
etiam in alterius cuiusuis plantę,
temperamento calido & acri ſapore
prędite. Siquidem cùm plumbeus
alembicus huiuſcemodi plantarum ua
poribus, tum actu, tum poteſtate ex-
calfacientibus ſuperficietenus afficia-
tur, corrumpaturúe, fit quidem ut ſu-
perficies ipſa ita affecta in tenuiſſi-
mam ceruſſam uertatur, quę deinde
aquis ſe commiſcens,illis dulcedinem
addit. Atque id uidere eſt in albo ha-
rum aquarum ſedimine, prę ſertimq;
ubi aquę per plumbeum alembicum
recens paratum meauerint. Nam uas,
quod diu in hoc opere uſurpatum eſt,
obducta circumquaq; quadam ueluti
gypſea cruſta non ita facile à calida-
rum aut acrium plantarum uaporibus
inficitur,& in ceruſſam uertitur. Por-
rò nulli mirum eſſe debet ſi ab acri
plantarum uapore plumbi ſuperficies
in ceruſſam mutetur, cùm ceruſſa ipſa
(ut Dioſcorides eſt autor) paretur la-
minis plumbeis ſuper aceti uaporibus
ſuſpenſis. Quod quidem aquis iis non
euenit, quę duplici uaſe uitreis orga-
nis in calentis aquę balneo conficiun
tur

tur. Nam eæ ſufficienter amareſcere aut fauces linguamúe uellicare, ſi fiant ex amaris, aut acribus plantis, ſentiuntur. Præterea dulcedine carent quòd à uitreis inſtrumentis, unde guttatim fluunt, nullam aſcititiam qualitatem recipiant. Porrò quę parantur in ęneo uaſe, (quod Germani. Veſicam uocant) ſtanno circumlito, longè etiam meliores habentur, quàm quę è plumbeis roſtratis cāpanis eliciuntur, quòd ſuppoſitus ignis herbas in aqua ferueſcentes, nec urere, nec fumido nidore inficere queat. Attamen nec hę integras herbarum uires retinēt, ob aquæ communis admiſtionem, quę illas minuit, & hebetat. Quamobrem aquis tantùm illis palma danda quę in balneo aut balnei uapore parantur, & prę ſertim, quę fiunt ex herbis facultate calidis. & hęc de modis diſtillandarum aquarum à plantis & plantarum floribus in uniuerſum dixiſſe ſufficiat. Peculiaria enim inferius deſcribentur ubi fornacum, & inſtrumentorum imagines appictas dabimus. Quòd autem ad aquarum ſtillatitiarum uires ſpectat, ſciendum eſt iiſdem eas pollere uiribus, quibus & herbę, & flores, à quibus eliciuntur, prædite ſunt. uerùm nō omnino adeò prę ſtantibus, quippe quòd in diſtillando non modicum ſub

ſtantię

tantię deperdatur, & in auram euo-
et, quo fit ut non desint medici, qui de
coctis, & dilutis potius utantur; siqui-
dem ex gustu, olfactuq; apertissimè cõ
stat, longe plus uirium in his contine-
ri, quàm in aquis stillatitiis. Ve-
rùm quia decocta ac diluta ęgris haud
ęquè placere solent, ut aquæ ipsæ stil-
latitię, ideo hę potius quàm illa eli-
gendę, ubi ęgrotis gratiora pocula of-
ferre uolumus. Ad quam rem etiã My
ropolarum diligentia requiritur, ut sci
licet eas aquas probè, ut diligenter
conficiant. Sunt prętere a stillati-
tię aquæ admodum utiles ac necessa-
rię, adeo, ut decoctis quibusdam in
medicamentis non parùm anteferri de
beant. Nam ubi in ardentibus febri-
bus, & ęstatis feruoribus potus ali-
quis parandus fuerit, qui & sitim ua-
lenter extinguere & gustum potantis
oblectare queat, fœlicius commodiusque id proculdubio fiet cùm aquis ad-
mistis stillatitiis, aut uino punico-
rum malorum, aut rosacco, uiola-
ceoúe iulapio, aut ex citrei, aut limo-
nii mali succo, quam cum quouis de
cocto quantuncunque optimè para-
to. Idem etiam euenit ubi aut ad ocu
lorum morbos collyria, aut in capi-
tis dolore oxyrhodina, aut in iocino
ris, & cordis affectibus epithemata pa


randa erunt. Prætereo quantum con ducant ſtillatitiæ aquę ad odoramenta paranda cùm in medicum potiſſimum uſum, tum ad diuerſi corporis delitias, cuiuſmodi ſunt, quæ parantur è floribus roſarum; pomorum aurantiorum, myrti, & aliarum plantarum, quorum flores ſuauiter ſpirant. Silebo quoque quantum ualenat ad mulierum ornatum, & ad conciliandum in eis faciei nitorem, quæ fiunt è radicibus polygonati, bryoniæ, agreſtis cucumeris, ari & fabarum floribus; ne uidear his rebus magis intentus, quàm cęteris, de quibus ſcribere decreuimus. Sed de ſtillatitiis aquis hactenus. Reliquum eſt ut de ſtillatitiis etiam oleis dicamus pręſertimque de his, quę è uulgari cinnamomo, è Caryophyllis, myriſticis nucibus, maci, atque aniſi, fœniculi, cari, melanthii aliarumque plantarum ſeminibus, quin etiam è iuniperi baccis per alembicũ parantur, & uſui medico plurimum conferunt. Scripſere quidem de huiuſcemodi oleis parandis quidam magni nominis medici, ſed an uera, uel falſa ii poſtea dicent, qui periculum fecerint. Atqui uera, ſecuraque parandi ratio hęc eſt. Sumitur (exempli cauſa) Caryophyllorum electorũ libra

Olei diſtillãdi ratio ex aromatibus.

libra una. Caryophylli contunduntur in tenuem puluerem, & deinde macerantur ex libris sex aquę fontane egelidę in uitreo uel stanneo uase diebus quindecim continuis, postmodum per alembicum quod uesicam uocant, quo cum aqua uitę parari solet, distillantur. Siquidem hoc pacto oleum una cum aqua distillat, quod deinde ab ea facilè separatur. Porrò si diligenter laboratur Caryophyllorum libra, olei unciam reddere solet: atqui plus, aut minus pro caryophyllorum bonitate, ac pręstantia. Eodem etiam modo paratur è cinnamomo, quod tamen plus aquę requirit, & minus olei reddit, cùm ex libra uix drachma colligatur. Nec aliter fit, quod ex pręscriptis paratur seminibus,& iuniperinis baccis. Sic quoque optimè conficitur ex myristicis nucibus & mace. Sed hæc macerare oportet prius contusa in uitreo uase cæco alembico, (ut chymicis uerbis utar) oculuso, mensis unius spatio, in balneo calidę quidem sed non feruentis aquæ, ac deinde eadem ratione distillare. tametsi è myristicis nucibus contusis passim ab unguentariis parari soleat, iis prius calefactis, deinde prelo expressis, perinde ac


oleum,quod ex amygdalis nucibus paratur. Cęterum possunt quoq; distil lari hęc olea per uitreum alembicum ubi in urinale chymicum uitreumque luto incrustatum, quę iam macerata fuerint aromata imponantur & deinde superposito alembico distillentur in fornace ita parata, ut suppositus carbonum ignis urinalis fundum attingere pòssit: Sed curare oportet quòd urinale præscriptum spithamę mensuram non excedat. sic itaq; utraque parandi ratione è præscriptis oleum habebis preciosissimum, syncerissimum, ac odoratissimum, absque ullo adustionis, fumique nidore, cuius una aut altera tantum gutta longè plus ualebit in medicamētis parandis, quàm si integram cinnamomi, aut caryophyllorum unciam adderes. Hęc accepta referant uelim, qui legunt Balthassari Clauselio harum rerum peritissimo, indagatorique acerrimo Serenissimi Principis mei Ferdinandi Archiducis Austriæ, Pharmacopęo, qui mihi hæc sua secreta reuelauit, & nonnullorum alioqui clarissimorum uirorum fabulas patefecit, qui ab aliis fortasse delusi, ac decepti, de hac materia scripserunt. Quod uero ex resina terebinthina, larigna, abięgnaq; paratur in uitreis va


ſis luto circumlitis in fornace ſabulo, aut cinere circumquaque ſtipatis, elicitur, igne primùm lento, deinde paulatim aucto, ac poſtremò uehementer accenſo.



Prima Fornax


HAec fornax ad huiusce imaginis formam parata quàm plures potest capere rostratos alembicos è plũbo paratos, qui unico tantum igne calefieri possunt. Eius autem imaginem hic appingi curauimus; non quod in medicum usum rectè uenire possit, eas ob causas de quibus diximus, sed ut omnes inspicere queant, quo pacto superioris ætatis pharmacopæi suas confecerint stillatitias aquas; atq; ut sciãt qui in hanc usq; ętatem iis utuntur quantum lęsionis ac detrimenti huiusmodi aquę afferant ægris.






Secunda Fornax.

FOrnax Veſsicam æneam (ita Germanis uocatam) æneo pariter alembico contectam, continet, cuius roſtrum ligneum cadum aqua frigida plenum perforat, ut tranſeuntes uapores ſiue ſpiritus facilius in aquam uertantur. Hoc itaq; alembico (ut prędiximus) aqua uitę paratur, quin etiam aqua quæuis alia è quibuſcunq; plantis; ac præterea Olea omnia ex aromatibus; de quibus paulo ſuperius abundè diximus.




Tertia Fornax.

BAlneum eſt Mariæ ſimpliciter paratum cum uno tantum alembico. Inferius uas quod ſtanneum eſt matulæ magnæ oblongæ ſimile habetur, tum æneo aheni cooperculo ita plumbatum, ferruminatumq;, ut alterum ſine altero extrahi non poſsit. Simul imponuntur, ſimul quoq; auferuntur. At qui roſtratum alembicũ uitreum eſſe oportet. Vbi autem aqua in aheno ex longo feruore defecerit, aperto foramine, quod cuneo concluſum in aheni operculo ſpectatur, alia etiam feruens infunditur, donec ahenum repleatur.



Quarta Fornax.

BAlneum hoc quatuor continet alembicos uitreos, quorum uaſa in balneum collocanda, & uitrea, & ſtannea eſſe poſſunt. Quod autem in ſummo eminet, uapore tantum aquę inferioris balnei per ęneam fiſtulam ſurſum aſcendente calefactum, aquam à contentis herbis aut floribus ſtillat omnium optimam.




Quinta Fornax.

BAlneum hoc eſt elegantiſſimum in quo uas ſtanneum trium ſpithamarum longitudine, tumido inferius uentre reſidet, cuius ſuperior pars, in qua ſitum eſt orificium, per rotundum foramen in medio balnei cooperculo exciſum, ad ſpitamæ altitudinem ſurſum porrigitur. Huic inſeritur ſtãneus alẽbicus, quem uas aliud eodem metallo conflatum, amplioris latitudinis excipit, ad frigidam recipiendam aquam, quę ex ſuperiori oblongo uaſe, in ſumma columnę parte reſidente per ęreã defluit fiſtulam, ut ſtanneum alembicum in medio ſtantem circundet & refrigeret. Siquidem eo continuò refrigerato, fit quidem, ut uapores aſcendentes longè melius concreſcant, & in aquam uertantur. Id quod in cauſa eſt, ut copioſiorem aquam recipiant artifices. Vbi autem ipſa aqua frigida paulo poſt à calore alembici calefiat, illico fiſtula in inferiore parte uaſis alembicum recipientis, euacuari poteſt, aperto epiſtomio, & alia iterum frigida denuo uas ipſum repleri. At qui ne tantum laboris in effundenda, & refundenda hac aqua ſuſcipiant miniſtri

niſtri, poteſt ſuperioris uaſis fiſtula, quod frigidam continet, epiſtomio ita ſubinde regi ac moderari, ut tantum aquæ continuò in uas alembicum circundans diſtillet, quantum huiuſce recipientis fiſtula, ſuo ipſius epiſtomio moderata, continuò uacuari queat. Vt autem balnei ipſius ahenum eadem ſemper aquæ quantitate refertũ ſit, & ne aqua quæ ignium ui continuè conſumitur in eo deficiat, arte quidem factum eſt, ut uas aliud in inferiore parte columnę repoſitum calidiſſimam aquam continuo per ſuam ipſius fiſtulam epiſtomio moderatam in ahenum effundat, quæ quidem in ſuo uaſe calefit eodem igne, quo ipſum calefit balneum, ſiquidem uacua eſt parietis columna uſq; ad ipſius inferioris uaſis fundum.

Sexta



Sexta & poſtrema fornax.

POſtrema hac fornace utuntur Veneti ac Neapolitani aquarum ſtillatitiarum artifices, qui uitreis alembicis abundant, in qua una tantum die & nocte ſicco ignis calore, eliciuntur aquæ centum libræ. Fornax rotunda eſt, ut ex imagine hic appicta apparet, fornacibus, quę in Germanorum uiſuntur uaporariis, omnino ſimilis. Cõtinet hęc in uniuerſo ſuo ipſius ambitu, (ut uiſitur) numeroſa fictilia intrinſecus uitro incruſtata, matulæ maioris formam referentia, & diligenti ſanè artificio argillaceo luto fornaci agglutinata, quibus ſingulis, ſinguli adduntur uitrei alembici, è quorum uertice ex globulo ad hoc parato, recipientia craſſiuſculo funiculo adalligata pendent. Calefit itaq; hęc fornax eodem modo, quo calefiunt in alpinis tractibus uaporariorum fornaces, atqui dum ignis uehemens in principio eſt, uacua relinquunt uaſa, donec parumper remittatur, ne uiolento calore, plantæ, aut flores exurantur. Tunc itaq; plures miniſtri, qui hoc tantum artificio aluntur obſtructo undiq; fornacis oſtio, ne concluſus deperdatur calor, herbas fictilibus addunt, & ſimul uitreos

treos

treos applicant, alembicos. Atque in hunc modum copiosas eliciunt aquas, quę omnino longè meliores habentur, quàm quæ plumbeis parantur instrumentis, quòd nullam metallorum contrahant infectionem.

De colliquatione,& dissolutione. Cap. 19.

MEdicamenta quę liquantur in medicum usum, plura sanè sunt, sed non omnia una, & eadem ratione liquari possunt. Cera enim, resinę, adeps medulla, butyrum, & oleum, quod hyberno frigore concreuit, moderato ignis calore liquantur, nullo prorsus humore addito, Mastiche uerò, sandarax, thus, myrrha, styraxq́; quę syncera sit, ladanum, euphorbium in oleo ad ignem facilè, liquantur: quin etiam & in mortario facilè cōteruntur, ubi sicca satis fuerint. Atqui Gummi, nempe Ammoniacum, opopanax, bdellium, sagapenum, Calbanum, sicco ignis calore liquari nequeunt, sed prius ex uino uel aceto macerata ad ignem, rudicula continuo agitata dissoluūtur. Cæterùm gummi quod Arabicum uocant, & tragacanthæ lachyrma, non nisi aqua aut quouis alio aquoso, uinosóue liquore infusa liquefiunt. Metallica

lica autem medicamenta, nempe argenti ſpuma, ceruſſa, uulgare minium, ęrugo, chalcanthũ, chalcitis, miſy, ſori, quo pacto liquari debeant docet Galenus lib. primo cap. 5 de comp. med. ſecundum genera, ſic inquiens. Licet itaq; nobis in uarium uſum adminiſtrare argenti ſpumam interim ex oleo, & aqua, coctionem eius, ad uſq; emplaſtri ſpiſſitudinem molientibus. interdum ex oleo, & aceto, aliquando ex oleo, & uino. Porrò in quibuscunque iſtorum coquatur, melius id medicamenti redditur, quod magis coctum fuerit; quod liquidorum, quæ miſcentur copia continget. Eſt enim ex iis pharmacis, quæ liquefieri poſſunt, etiã argenti ſpuma, dum tota funditur ſicut reſina, & cera, ſed non ſtatim ubi ignẽ contigerit: unde multis imponit, qui nullo modo ipſam fundi exiſtimant: igitur ſi cum oxelęo coquatur, liqueſcit citius; perinde ac cum ærugine, quæ & ipſa fundi natura ſolet, uti chalcitis quoque, & miſy. Ipſorum itaq; celerrimè chalcitis funditur, tardiſſimè argenti ſpuma: at in horum medio ſunt ęrugo, & miſy. funditur & ſori, ſed lõgiore temporis interuallo, quod terreſtre magis, & ſaxeum ſit, quàm chalcitis & miſy. Argenti autem ſpumam per oxelęum coquens, ocyus liquefa-

uefacies, per hydrelæum tardius: tamen funditur sic quoque, si duplum eius sit uterq; humor: Ego certè plusq̃ duplum miscui frequenter. At qui melius est statim ab initio hęc tria in mortario miscere, argenti spumam, aquam, & oleum. hactenus Galenus. Alumen quoque liquatur ex aceto, & melle coctum, & præsertim addita ęrugine, sic enim paratur unguētum quod Aegyptiacum uocant officinę. Concreti autem plantarum succi, nempe hypocistidis & glycyrrhizę, lycium opiũ acatia, & glaucium facile in aqua aut alio quouis liquore; liquari possunt, qui cum eorum uiribus cõueniat.

De tritura. Cap. 20.

Sicca, omniquè penitus humore expertia medicamenta ubi in puluerem conuertere cupimus, id tritura fieri conuenit: ut autem quod potentia sunt medicamenta id actu fiant, in tenuem conterimus puluerem: si quidem, quę potestate calida sunt, quo tenuius sunt trita, cò citius, & facilius à nostro calore actu calida euadunt, & nos uehementer calfaciunt, cùm integra ipsa, parum, aut nihil ex calfacere queant: quemadmodũ enim integrum piper in ore retentum, aut deuoratum

Gal. li. 1. c. 11. de sim. med fa.

deuoratum, parùm aut nihil excalfacit etiam post longum tempus, eius uero tonuissimo puluere uix degustato lingua & fauces statim à contactu exuruntur: eodem sanè modo calida omnia potestate tusa lõgè magis nos excalfaciunt, quàm si integra deuorentur. Id quod de frigidis medicamentis dicimus. Est etiam tritura utilis admodũ ad mistionis necessitatẽ: Nam quæ tenuissime trita sunt, & Cribro tenuissimo creta simul compositionibus commiscentur, ut partibus suis minimis se mutuo contingentes, promptius, & ualentius se inuicem afficiunt, donec tandem compositi uirtutem unam rectius conflant. Teruntur pręterea medicamenta simplicia magis, uel minus, ut facultatem acquirant à prima diuersam. Quę enim tenuissimè sunt tusa, (ut Galenus inquit) & cribro tenui, creta promptissime in totũ corporis habitũ digerũtur; Atqui crassiora è diuerso in uentre hærent, quia angusta uenarum ora subire nequeunt. Ob id enim Idem dicebat Galenus Diospoliticon crassius facio, cum aluũ per id ducere studeo, tenuissimum verò pollinis modo cũ urinas mouere. Hinc itaq; discant qui rhabarbarũ ad ducendam aluũ contritum propinant, si quidem hac ratione

Lib. 4. cap. 7. de san. tuend.

nc

ne crassiusculè tritum, ualentius quã tenuissimè, purgabit. Quamobrem qui ipsum cum paßsis uuis mandunt, copiosiores alui deiectiones habent, quàm qui in puluerem tenuem, paribus seruatis ponderibus, ex liquore aliquo bibunt. Scamonium autem ubi medicamentis facilè corpus peruadẽtibus miscendum est, tenuißimè atteri debet, contra uerò si catapotiis, aut aliis, quę diuturniorem in uentriculo moram facere debent. Pręter id non omnia una tantum ratione terenda sunt, sed pro substantiæ craßsitudine, uel tenuitate: Nam quę raræ ac tenuioris sunt substantiæ, ut rhabarbarum & scamonium parum diu terẽda sunt quòd longa tritura tenuissimæ eorum partes dissoluantur, & pereant. Quę uerò densę admodũ sunt substantiæ ẽ diuerso diutius teri debent. Quare metallica omnia, & cętera terrea, lõga sanè tritura indigent, ut sua ipsius tenuitatę per longam trituram acquisita, corporis spiracula peruadant. At qua ratione teri debeant, quæ crassæ sunt substantiæ & acri facultate prędita perbelle docet Galenus his uerbis. Meminisse uos puto, & huius, quod toties repeto fortium medicamentorum, cuiusmodi est ęrugo, misy, chalcitis, sori, squama æris, ac chalcanthũ *Lib. & c. 2. de comed. per gẽ.*
ex

ex aceto diebus pluribus contritorum morſum obtundi, bonitatem augeri. Quoniam enim metalla, quę craſsioribus natura conſtant partibus, poteſtatem ſuam in altum uſque corporis, quod curatur, non extendunt, ideo ut tenuiora fiant, iis per trituram, & acetũ adhibẽdus eſt cultus. Hoc enim curioſe ita attenuata, ad intima uſque penetrant. hęc ille. Cęterùm non ſolùm cruda quę metallica ſunt, nos cõterere oportet (ut Galenus ipſe docet) ſed etiam, quæ uſta ſunt, diutius ſunt terenda. tum eas ob rationes, quas pręmiſimus, tum etiam ut melius lauari poſsint, & præcipuè quę in oculorum collyriis cùm humidis, tum ſiccis addenda ſunt. Quę autem rariſſimæ ſunt ſubſtantię, ut agaricus & colocynthis, cùm per ſe in tenuem puluerem, niſi magna cum difficultate feri nequeant, aut cum aliis ad rem facientibus medicamentis, aut prius in paſtillos conformata, ſiccataq; terenda erunt, (tametſi agaricus ſuper incerniculo equi ſetis parato, cõfricatus belle in farinam cedat) tunc enim facilè in tenuem puluerem comminui poterunt. Id quod maximè prohibet, ne in uentriculo, & inteſtinis hęreant. Quę uerò ſuo lentore ad trituram contumacia ſunt, cuiuſmodi habetur tragacanthę

canthę lachryma, gummi officinis arã bicum uocatum, thus, myrrha, styrax, mastiche, euphorbium, ladanum, opiũ, glycyrrhizę succus, quæ etsi simpliciter, & per se suo lentore contritioni re pugnent, teruntur tamen, ubi diutius insolata fuerint, uel moderato ignis calore arefacta, cum aliis siccioribus ad rem facientibus mista. Id quod etiã de seminibus quibusdam, nempe cucurbitę, melopeponum, cucumeris, cydoniorum, citrei mali est etiam intelligendum. Amygdala quoq; pinei nuclei, pistacia xyli ac tale quoduis semẽ facilè conteras, si prius cum triticeis furfuribus in patella super ignem confricata siccabimus, ubi in pluueribus, quas officinæ species uocant, addi debeant. Atqui ubi in antidotis hęc addere sit opus in mortariis lapideis li gneis pistillis diligẽtissime sunt atterẽda, ac liquore aliquo ad id faciente, dissoluenda, & deinde ex melle uel ex saccharo excipienda. Postremò meminisse oportet non omnia medicamenta in mortario esse terenda, si quidam quæ crassissimæ sunt substãtiæ, ut sunt gemmarum, & lapidum omne genus, corallia, uniones, & alia duriora, nullo pacto in mortariis æneis terenda sunt, sed super porphyreis, aut aliis purioribus lapidibus ad lęuoré usq; :

E siquidem

ſiquidem ubi inconſultè, ac temerè in mortariis ęneis terantur, deraſis, delimatisq́; ſua ingenti duritie mortariis ac piſtillis, æris & ferri ſcobs iis admiſta, noxium ac deleterium reddit medicamentum in hominum perniciem.

De torrefactione. Cap. 21.

SVnt & medicamenta, quæ à medicis pluribus de cauſis igni torrentur, uerùm non omnium una eſt torrefaciendi intentio, quędam enim torrentur ut facilius trituram admittant quædam ut eorum uires imbecilliores reddantur, nonnulla è diuerſo, ut augeantur, quædam uerò, quæ diuerſis, & pugnantibus ſunt inter ſe facultatibus, ut alteram deponant, alteram augeant. Quę igitur aſſare oportet, ut facilius triturentur, ſunt ueluti tragacanthę lachrima, gummi, ſericum, bdellium, thus, maſtix, myrrha, & alia quædam, de quibus ſatis, ſuperq; in tritura diximus. Quę autem torrẽtur ut acerrima, uehemenesq́; eorum uis minuatur, ſunt ueluti aſphodeli, dracunculi, ariq́ue radices, quin etiam cępa allium porrum. Scamonium quoq; in cydonio pomo & ueratrum in raphani radice immiſſum, inaſſamus, ut miteſcant. Cęterùm

quę tosta ualentiores uires acquirunt sunt ueluti scilla, & pancratium. Hęc autem in patella torrētur, ut deposito humore, acriora euadant & ad purgādum ualentiora. Quin etiam orizam hordeum, coriandri, oxalidis, & plantaginis semen, torrefacimus, ut aucta siccitate magis corroborent. Quę postremò uirtute duplici ac repugnante prædita sunt, torreri nonnunquam in myropoliis præcipimus, ut deiectoriā uim amittant, & adstrictoriā augeāt, Hoc quidem cum rhabarbaro, myrobalanis plerunque facimus, atquę iis postea felicissimè utimur ad dysentericos, cæliacos affectus, ac ad cæteras quascunque alui fluxiones, eorum sententiam improbantes, qui cùm tosta, à combustis discernere nequeant, eos medicos reprehendūt, qui rhabarbarū torrefactum, magno profecto auxilio, dysentericis propinant. Porrò torrefaciendorum medicamentorum. neq; unus tātum est modus, nec ratio una. Sunt enim quæ in patellis torrētur, ut oriza, hordeum, coriandri, & oxalidis semen. Sunt & quæ super calefactis tegulis, ut tragacanthæ lachryma, gummi, bdellium, sericum, crocus, rhabarbarum, myrobolani: Nec desunt quę in furno torreri oporteat, ut Scamonium in cydonio pomo oc-

clusum & farinaceo glutino circumuoluto, sorba, mespila, corna, ut facile in farinam moli queant, quin etiam & lepusculi, & lupinum iecur, eodem modo torreri solent: hoc quidem ad hydropicos, illi ad nephriticos affectus. Assantur & alio ferventibus cineribus obducta; ut dracunculi, asphodeli, & ari radices, nux myristica, & alia pleraq;. Atqui meminisse quoq; oportet, quòd sicut, quæ raræ, tenuissimęque sunt substantię, & superficietenus uires sortitę sunt, decoctionem longam non sustinent, sic neque longam assationem.

De ustione Cap. 22.

VRuntur de industria medicamenta pleraque, uel ut reddantur ficciora, friabilioraq; quò facilius conteri queant, uel ut essentiæ crassitudinem deponant, & tenuitatem acquirant, uel ut uis quædam à nostro curandi scopo aliena in eorum superficiem trahatur, & deinde lotione auferatur, uel ut nouum aliquem calorem induant, uel ut in aliam se permutent speciem. Cæterúm quæ uruntur, ut facilius teri lęuigariq; possint, sunt siccut purpurarum, buccinorum, ostreorum, cochlearumque putamina, ungulę, cornua, ossa la-

na, pili, & coria quorundam animalium, quę uel ſua terrena conſiſtentia, atq; concreta denſitate, uel ſuo ipſius lentore, ac humiditate, uſui eſſe non poſſunt, niſi prius urantur. Hac enim ratione ungulæ aſininæ, atq; humani capitis os ad epilepticos uruntur, atq; eadem ratione ceruorum cornua, oſtreorum, & purpurarum putamina, ad dentifricia, oculorum cicatrices, & ad carnis excreſcentias cohibendas, ulceraq; cicatrice obducenda, cremari iubemus.

Quę autem uruntur, ut exuta ſuæ ipſius eſſentię craſſitudine, tenuiorem acquirant ſubſtantiam, ſunt ferè omnia metallica, medicamenta, quę quanuis uſtione acriora, mordaciora, atque erodentia euadant, diligenter tamen deinde lota, mitia admodum redduntur, atq; omnis eroſionis expertia, & longè magis ſiccantia Id quod in calce atq; in aliis non nullis quotidie experimur. Cornu itē ceruinum uſtum, longè magis terget, quàm crudum. Eadem de cauſa uruntur oſtracodermorum putamina, nempe non modò, ut teri facilius poſſint, ſed ut tenuioris fiant ſubſtantiæ, & cogendi facultatem deponant. Porrò quæ comburuntur, ut quædam à noſtro ſcopo aliena in ſuperficiem trahantur, & deinde lotione tol

lantur, ſunt ſicut cadmia & hęmatites lapis. Nanq; hęc ſępe uruntur, reſtinguunturq; in uino, aut melle, aut butyro, atque diu lauãtur ad uarios oculorum affectus. Quæ uerò uruntur, ut nouum colorem acquirant, ſunt ſicut ęrugo, ceruſſa, auripigmentum. Hoc enim ruberrimum pellucidumq; euadit, ceruſſa uerò in rubrum, uulgareque minium tranſit, ęrugo autem aut nigro fit colore, aut ęris modo flaueſcente.

Poſtremò quę uruntur, ut in aliam tranſeant ſpeciē, ſunt ueluti ſal quod ex uiperis uſtis conficitur, quin etiam illud, quod ex nitroſarum plantarum cinere à peritis artificibus confici ſolet, uel ex uſto chalcantho oleum, uel ex uſto ſtibio uitrum, alterius, ac longè ualentioris facultatis, quàm ſtibium crudum. Pręterea urendi modus non omnibus eſt unus. Nam quæ humore, & pręſertim pingui ſunt pręditi, per ſe uruntur, ut pili, lana, corium, cornua ungulæ oſſa hirundines, & aues alię quędam, lepuſculi ex utero matris exempti, aliaq; non nulla pedeſtria. Quę omnia in olla fictili noua cooperculo foraminulento tecta, argilla circumquaq; obducto, urenda ſunt, pręſertim cùm cinefacta diſperdi poſſint: Quę uerò etiam uſta integra manēt, ut ungulę, oſſa, cornua, tametſi

uiuis

uiuis carbonibus tradi poſſunt, urun-
tur tamen longè melius in fictili cru-
do operculo undequaque argilla ag-
glutinato,& in figulorum fornace col
locato. Herbę autem comburi omni-
no non debent, niſi quis uelit ex cine-
re ſal conficere,ſiquidem ad alios uſus
pręſtabit eas eò uſq; torrefacere, quò
in puleuerem conteri queunt. Nam.
Galeno teſte,corrumpitur, ac uileſcit *Lib.5. ca.9.de comp. me ſ. lo cos.*
herbarum uis,ſi diutius torreantur. At
qui Metallica,nempe ęs,plumbum,ar-
genti ſpuma, molybdena, helcyſma,
alio omnino opificio indigent, ut li-
bro quinto de medica materia docet
Dioſcorides.quò qui diffuſius hęc ad-
diſcere cupiunt, ſe conferre poterunt.

De ablutione Cap. 23.

TRes ſunt lauandorũ medicamento
rum intentiones,prima, ut,ſeparc-
tur,quod in iis impurum eſt, ſecunda,
ut ſi quid maleficarum uirium inſit,au
feratur.Tertia ut quę lauantur nouam
aliquam induant facultatem. vt igitur
quod futurum eſt ſeparetur lauantur
Pix liquida illita.
Lini ſemẽ cum pari naſturtio, & melle.
Cupreſſi pilulæ impoſitę.
Lapathi cuiuſque radix in aceto decocta, & applicata.
Ranunculi folia, & radices admotæ.
Chelidonium minus illitum.
Viſcum cum trito auripigmento appoſitum.
Alumen cum aqua aſperſum.
Sulphur cum reſina terebinthina adhibitum.
Sandaracha cum pice impoſita.
Fęx vini cremata ex reſina.

Mat-

MATTHIOLI.

Ranunculus tritus,& impositus.
Chelidonium minus tritum,& illitum.

DIOSCORIDIS.

Ad mobiles vngues extrahēdos.

Vua paſſa illita.

DIOSCORIDIS.

Ad contuſos vngues.

Bulbi cum polenta impoſiti.

DIOSCORIDIS.

Ad clauos,& callos.

Fermentum triticeum illitum.

MATTHIOLI.

Saligni corticis cinis ex aceto maceratus impoſitus.
Blitum illitum.
Lilii radix axungiā excepta & illita.

MATTHIOLI.

Ad verrucas.

Cicorium verrucarium in acetario deuoratum.

Eiuſdem herbæ ſemen drachmę pondere tribus diebus potum ante nocturnum decubitum.

DIOSCORIDIS.

Ad varices.

Cirſii radix dolenti loco adalligata.

DIOSCORIDIS.

Ad lumborum dolores.

Echii radix pota.
Chamęleucę illita.

DIOSCORIDIS.

Ad inguinum inflammationes.

Leporinus pes herba impoſita.
Aſter atticus recens impoſitus.

MATTHIOLI.

Cochleæ minores tritę & illitę.

DIOSCORIDIS.

Ad enterocelas.

Cupreſsi pilulæ illitæ.
Punicorum cytini cataplaſmatis additi.
Symphytum petreum emplaſtri mo-

do impoſitum.
Quinquefolium hauſtum.
Equiſeti radix, & folia adhibita.
Aloe emplaſtri modo illita.

MATTHIOLI.

Bdellium ſaliua matutina ſubactũ emplaſtri modo impoſitum.
Cupreſsini coni virides ex vino vetere decocti, & epoti, interim tamen cupreſsinis foliis affecto loco adalligatis.
Vlmi folliculorum liquor impoſitus.
Cupreſsi item folia contuſa, & affecto loco admota.
Leporinus fimus, & pili, qui ſub ventre habentur cum melle decocti, & fabę quantitate frequenter deuorati.
Ophiogloſſum in potione ſumptum, & extrinſecus impoſitum.
Trinitatis herbæ puluis dimidii cochlearis menſura ex vino auſtero pluribus diebus epotus.
Polygonũ minus in potionibus ſũptũ.
Sanicula quouis modo vſurpata.
Auricula vrſi ebibita.
Piloſellæ farina hauſta.
Caryophyllatæ radices epotæ.
Potentilla tam in cibis quàm in potionibus vſurpata.
Perſonata in vino decocta, aut trita, & ebibita.

Alchimillæ

Alchimillæ aridæ puluis ex ſua ipſius aqua ſtillatitia ſumptus.

Hippogloſſi radicum, aut foliorum puluis ſeſquidrachmæ pondere ex maioris ſymphyti decocto hauſtus.

DIOSCORIDIS.

Ad ſarcocelas.

Cinis ſarmentitius illitus.

MATTHIOLI.

Anonidis radix trita, & menſibus pluribus hauſta.

SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATES, SECVNDVM GENERA ex Dioſcoride.

Febrium.

DIOSCORIDIS.

Ad tertianas.



ARANEVS plagellæ cõfricatus linteo love illitus, mox frõti, & temporibus impoſitus.

Vermes terreni cum anſerimo adipe decocti & illiti.

Plantaginis radices integræ tres cum vini cyathis tribus, & pari aqua potę.

Trifolii bituminoſi tria folia trita totidemq; ſemina epota.

Hypericum ex vino bibitum.

Verbenacę ſupinæ tertius a terra geniculus cũ adiacentibus foliis hauſtus.

Helio

Heliotropii ſeminis grana quatuor pota ante febris acceſsionem.
Portulacę ſuccus hauſtus.

MATTHIOLI.

Aſari ex vino decoctum potum addito melle, maci, & cinnamomo.
Roſarum ſuccus, & dilutum epotum.
Tamarindi hauſti.
Sebeſtena.
Lapis inuentus in capite nudæ limacis ſuſpenſus.
Canimum ſtercus album in acceſsione cochlearis menſuræ ex vino potum.
Agaricum in potione ſumptum.
Rhabarbarum potui datum.
Gentianæ ſtillatitia aqua epota.
Centaurii minoris decoctum bibitum.
Chamædryos decoctũ aliquot diebus ebibitum.
Iaſpis lapis geſtatus.

DIOSCORIDIS.

Ad quartanas.

Cinices lectularii ſeptem cauis fabarũ incluſi, & deuorati.
Plantaginis radices integrę quatuor cum vini cyathis quatuor, & pari aqua ebibitæ.

Vermi-

Vermiculi qui in dipſaci echino internis partibus concluſi reperiuntur in aluta collo bracchio adalligati.

Ruta ſylueſtris cum vino pota.

Hypericum ex vino hauſtum.

Quinquefolii rami quatuor ſumpti.

Verbenacę ſupinę quartus a terra geniculus vna cum adiacentibus foliis hauſtus.

Heliotropii ſem.gra.quatuor hora vna ante acceſsionem pota.

MATTHIOLI.

Aſari ex vino albo decoctum addito melle,maci,& cinnamomo.

Aſarinum oleum pedum plantis, & ſpinæ dorſi illitum.

Myrrhæ drachma ex vino cretico calido pota hora vna ante acceſsionem, ſed ęgros ſubinde in lecto ſudare oportet, & potionē tribus in acceſſionibus replicare.

Eadem in catapotiis cum theriaca conformatis.

Gentianæ ſtillatitia aqua epota.

Eryngii tenellorū foliorum ſtillatitia aqua.

Imperatoriæ radicis drachma ex męro calido hora vna ante acceſsionem epota.

Cardui benedicti decoctum, aut herba

ipsa in puluerem sumpta. (ptæ.
Palmæ Christi radices per potiones sũ-
Flammula, & eius aqua pota.
Verbasci fęminæ radicis succus duarũ drachmarũ pondere ex cretico vino haustus ipsa hora accessionis.
Ellebori nigri dilutum haustum.
Stibium nostrum quatuor granorum pondere sumptum.

DIOSCORIDIS.

Ad diuturnas febres.

Galli senis ius Dioscoridis modo paratum haustum.
Agaricum intus sumptum.
Vinum melitites haustum, vbi ventriculus magna imbecillitate laboret.

MATTHIOLI.

Asari decoctum potum.
Agaricum in potionibus additum.
Rhabarbarum frequẽter potum, & eius dilutum.
Gentianæ stillatitia aqua epota.
Anthemidis florum pastilli, & suo ipsius oleo dissoluti, & febrientibus à vertice capitis vsq; ad pedes illiti. Parandi modum habes lib. 3. cap. de anthemide.
Eupatorii decoctum potum.
Foliorum, & folliculorũ lupuli decoctũ.

Ellebori nigri decoctum, siue dilutum.
Stibium nostrum quatuor granorũ pondere sumptum.

MATTHIOLI.

Ad continuas.

Cassiæ solutiuæ pulpa deuorata.
Santala omnia pota, vel ex aqua rosacea ventriculo illita.
Melopeponum seminum cremor ex hordeacea ptisana potus.
Trifolii acetosi stillatitia aqua.
Anguriæ pulpa deuorata.

DIOSCORIDIS.

Ad hepielas.

Hyoscyami tria, vel quatuor folia pota.

MATTHIOLI.

Acori
Fœniculi
Asparagi
Agarici
} decoctum epotum.

Eupatorium quocunq; modo vsurpatũ.

MATTHIOLI.

Ad quotidianas.

Agaricum in potionibus additum.

Rhabar-

Rhabarbarum, & eius dilutum frequenter Epotum.
Gentianæ ſtillatitia aqua potui data.
Eryngii ſtillatitia aqua pota, quæ è tenellis paratur foliis;

MATTHIOLI.

Ad compoſitas febres.

Gentianæ ſtillatitia aqua Ebibita.
Agaricum } Et eorum dilutũ epotũ.
Rhabarbarũ }

MATTHIOLI.

Ad cauſum.

Creſpini baccarum ſuccus cum violaceo iulapio propinatus.
Vuæ ſpinæ iuſculis incoctæ.
Ribes vulgaris quoquo modo vſurpatus.
Salicum & arundinum folia circa lectulum proſtrata.
Ceraſia acetoſa ſaccharo condita.
Melopeponum, cucumerum, cucurbitarumq; ſeminum lacteus cremor hauctus.
Anguriæ pulpa deuorata.
Potentilla pedum plantis, manuumq; volis admota.

DIOSCORIDIS.

Ad hecticam.

Portulaca tum vẽtriculi osculo tum hypocundriis illita.

MATTHIOLI.

Amygdalinum oleum.
Pistacia quoquo modo vsurpata.
Nuclei pinei.
Stibium nostrum quatuor granorũ pondere haustum.

DIOSCORIDIS.

Ad febrium circuitus

Sinapi cibis inspersum.
Smyrnii semen haustum.
Piper bibitum.
Ruta epota.
Sagapenum haustum.
Anthemis clysmate infusa.
Polygoni succus hora ante accessionem sumptus.
Quinquefolii folia, ex dulci aqua, aut diluto vino cum exiguo pipere pota.

DIOSCORIDIS.

Ad febrium algores.

per haustum.
garicum drachmæ pondere sumptum
ristolochia rotunda ante accessionem ebibita.
brotonum ex oleo inunctum
halaminthæ decoctum potum.
anaces Herculeum illitum.
myrnii semen, & radix ex mulso pota
yrethrum inunctum.
aser cum pipere, & thure ex vino haustum
rossi coctæ & illitæ
iperinæ carnes coctę, & in cibũ sũptę.
ustellæ sanguis inunctus.
sinini vnguis cinis ex oleo maceratus illitus.

DIOSCORIDIS.

Ad pestilentes febres.

Myrrhis bis, vel ter qualibet die ex uino ebibita.

MATTHIOLI.

Phu decoctum potum, & ipsa quoq; radix hausta.

Myrrha.
Caphura.
Dictamnus albus.
Crespini baccarum succus.
Vuæspinæ succus.
Ribis vulgaris succus.
Quernorum foliorum stillatitia aqua
Citrii mali succus
Limonii, & aurantii florum stillatitia
 aqua
Aurantia acida.
E' limoniorum succo stillatitia aquæ
Cyanus herba, & eius flores.
Galega quoquo modo vsurpata.

Tormentillæ / Bistortæ — radices omnibus modis pppinatæ. præsertim addito boloarmeno.

Cardui benedicti decoctum, & ipsa herba Epota.
Scordium quouis modo vsurpatum.
Scabiosa quouis modo sumpta.
Sanguisorbæ decoctum haustum.
Lentis palustris stillatitia aqua.
Punicorum malorum vinum ex oxalidis, aut intybi, aut borraginis aqua ebibitum.
Armenia terra ex oxalidis aqua pota
Antidotum nostrum magnum descriptum in præfatione sexti libri.

MAT-

MATTHIOLI.

Ad peſtem, & peſtilens contagium.

Citrii pomi ſemen.
Scorpionum oleum noſtrum cordi, & arteriis temporum, manuum, pedũq; frigidum quotidie illitum.
Ceruini cordis os.
Scorzoneræ radix aut eius ſuccus.
Cæpæ excauatæ theriaca, & citrii ſucco repletæ, & calentibus cineribus coctæ expreſſus cremor epotus.
Caryophylli tã deuorati, quàm ſuffiti.
Saccharum è caryophyllorum floribus paratum deuoratum.
Caryophyllorum florum ſuccus ex tota planta expreſſus, & hauſtus.
E' caryophyllis floribus paratum inſolatumq; acetum manibus & arteriis illitum.
Zeduaria commanſa, vel in potione ſumpta.
Succiſæ radix viridis recensq; carbunculis impoſita.
Eiuſdem ex vino dilutum epotum.
Cruciatæ vtriuſq; radices quoquo modo vſurpatæ.
Ariſtolochia longa hauſta.
Veronica mas drach. duabus vna cum theriacæ drachma ex vino meraco po

ta ad ciendum ſudorem.
Dictamni albi radices.
Galega ſiue ruta capraria quouis modo vſurpata quotidie
Eiuſdem ſuccus addita theriaca trium vnciarum pondere potus.
Agaricum in potionibus
Gentiana.
Abrotonum.
Calamintha intus ſumpta,& foris cum oleo feruefacta illita.
Imperatoriæ radix pota.
Saccharum è roriſmarini floribus paratum deuoratum.
Vincetoxici radices ex vino epotæ.
Carduus benedictus.
Chamædrys à ieiunis quotidie in acetariis ſumpta.
Scordium quomodolibet ſumptum.
Tuſſilaginis maioris radix duarũ drachmarum pondere ex vino calido pota ad ſudandum.
Scabioſæ ſuccus quatuor vnciarum pondere cum theriacæ drachma potus ad ciendum ſudorem.
Pimpinellæ radices quoquo modo vſurpatæ.
Sanguiſorba , & eius aqua ſtillatitia
Angelicæ radicis ſemidrachma cum theriacæ drachma & ſua ipſius aqua pota ad ciendum ſudorem.
Stibium

Stibium noſtrum quinq; granorum põdere ſumptum cum electuario liberãtis in principio morbi.

Armenia terra in antidotis addita.

Argentum viuum præcipitatum ex rhodoſaccharo ſumptum.

Oleũ è calcantho ſcrupuli pondere ſumptum citato ſubinde ſudore.

Antidotum noſtrum magnum in præfatione. 6. libri deſcriptum tam ad infectos curandos quàm ad ſanos præſeruandos.

Tumorũ præter naturã.

MATTHIOLI.

Ad exanthemata, & morbillos.

Napi rapiùe ſemen ex adianti decocto epotum.

Cancamum ex caricarum decocto hauſtum.

DIOSCORIDIS.

Ad inflammationes.

Harundinum virentia folia tuſa, & illita.

Glandes intritæ, & illitæ appoſitæ.

Rhois ſemen ex aqua illitum.
Lupinorum farina cum polenta,& aqua impoſita
Vmbilici veneris ſuccus circumlitus.
Plantago emplaſtri modo impoſita.
Aſphodeli radix cum polenta admota.
Acetum cum ſuccidis lanis aut ſpongiis impoſitum.
Rhaponticum cum aceto illitum vbi diutius perſeuerauerit inflammatio.
Pulegium cum polenta adhibitum.
Tuſſilaginis folia contrita, & ex melle impoſita.
Parthenium emplaſtri modo impoſitum.
Lonchitis altera impoſita.
Cãnabis Sylueſtris radix emplaſtri modo adhibita.
Polygonum illitum.
Tribuli fructus cataplasmatis additus
Xiridis radix ex aceto impoſita.
Achillea illita.
Elxine cataplaſmatis addita.
Lichen herba adhibita.
Verbenacæ ſupinę folia illita vbi inflãmatio diuturna fuerit.
Papaueris folia vna cum calycibus illita,vel calyces tantum cum polenta adhibiti
Hyoſcyami ſemen, & folia impoſita.
Mandragoræ recentia folia cum polenta illita.

Bryoniæ

Bryoniæ radix ex vino decocta adhibita.
Sambuci, ebuliq; præterea folia cum polenta illita.
Indicum illitum rumpit.
Tritici furfures acerrimo aceto elixi impositi.
Tritici pollen ex hydræleo vel aqua mulsa illitus.
Triticeus panis ex aqua mulsa decoctus,& herbis ad idem conferentibus additus,& impositus.
Sesamum illitum:

MATTHIOLI.

Caphura
Alni recentia folia
Ligustri foliorum decoctum
Glandes omnes recentes illitæ
Myrti foliorum, & baccarum decoctũ.
Cydoniorum seminis mucago.
Cochleæ tam crudę, quàm coctæ cum testis, aut sine contritæ & locis affectis agglutinatæ.
Oui Album
Tritici farina oleo rosaceo, aut chamæmalino subacta
Indici frumenti farina.
Secale farina.
Fœnogræci farina.
Lini seminis, farina

Lini ſeminis oleum.
Maluæ folia cum ſalicis frondibus.
Braſsica.
Portulaca.
Cucumis recens ſectus,& impoſitus.
Anguriæ pulpa adhibita.
Burſa paſtoris admota.
Caſsiæ ſolutiuæ pulpa illita.
Santalum rubrum ex frigidis plantarũ ſuccis illitum.
Muſcus terreſtris ex aqua decoctus,& admotus.
Hyoſcyaminum oleum.
Roſaceum vnguentum.
Lilia diu in oleo macerata,& illita.
Trifolii acetoſi ſuccus.

DIOSCORIDIS.

Ad carbunculos.

Liguſtri folia impoſita
Pix liquida ex melle & vua paſſa illita emarginat, diſrumpitq́;.
Cupreſsi folia trita,& impoſita.
Sabinæ folia ex vino illita carbunculos circunſcribunt.
Oliuæ maturæ areſactæ illitæ emarginant.
Nucum iuglandium veterum nuclei per uncti.
Columbinum fimum cum melle, & lini

ſemine ſubactum.
Erui farina emplaſtri modo impoſita.
Lupinorum farina ex aceto adhibita.
Braſsica cum ſale illita rumpit.
Naſturtium impoſitum.
Porrum cum ſale appoſitum.
Panaces Herculeum illitum.
Coriandrum cum paſſa vua ex melle adhibitum.
Laſerpitii liquor inunctus.
Tithymali caraciæ lac inunctus.
Vua paſſa à nucleis repurgata & cum ruta applicata.

MATTHIOLI.

Liguſtri foliorum decoctum.
Iuglandium oleum.
Burſa paſtoris trita impoſita.
Scabioſæ folia applicata.
Galega illita.

DIOSCORIDIS.

Ad furunculos.

Fermentum triticeum impoſitum.
Helxyne illita.
Sal cum vua paſſa, aut ſuillo adipe, aut melle impoſitum.
Haſtulæ regiæ radix in fęce uini decocta illita.

Ephemeri folia ex vino cocta, admota.
Vtriusq; vrticæ illita folia.
Leontopodii radix suspensa.
Cucumeris Syluestris radix cum terebinthina resina imposita.
Scammoniæ succus cum melle, aut oleo illitus.
Mori radicis liquor inunctus.
Thapsiæ succus ex melle illitus.
Pycnocomi folia applicata.
Sandaracha cum adipe adhibita
Asius lapis liquida pice, aut resina terebinthina exceptus illitus.
Cimolia terra ex aceto imposita.

MATTHIOLI.

Triticum commansum impositum.
Lilii radix elixa, & cum adipe, & oleo adhibita.
Sclareæ folia ex aceto imposita, aut ex melle.
Triticea farina ex hydreleo subacta, & calidè imposita.

DIOSCORIDIS.

Ad gangrænas, & sphacelum.

Rhois folia ex aceto, & melle illita.
Punicorum succus inunctus.
Nucũ inglandiũ veterũ nuclei perũcti.

Ficulnei cineris lixiuium ſpongiis exceptum,& adhibitum.

Loliacea farina cum ſale,̓ & raphano cataplaſmatis addita.

Cicerum farina cum hordeo, & melle adhibita.

Lentes cum ſertula campana, roſaceo, ſiccis roſis, malicorio,& ſalſa aqua illitæ.

Erui farina illita.

Braſſica elixa cum melle cataplaſmatis addita.

Bulbi per ſe, & cum melle impoſiti.

Laſerpitii liquor illitus loco prius ſcalpello exciſo.

Galiopſis folia, ſemen, ſuccus, & caulis ex aceto impoſita.

Verbaſci florem aureum ferentis folia admota.

Tithymali caraciæ lac impoſitum

Bryoniæ radix, fructus, & folia cum ſale illita.

Vua paſſa à nucleis repurgata, & cum ſale impoſita.

MATTHIOLI.

Iuglandium nucum oleum inunctum.

Lupinorum farina ex vino,& oleo incocta addito croco, & emplaſtri modo adhibita.

Aerugo cum melle, alumine, & aceto, in-

co incocta,& illita.

DIOSCORIDIS.

Ad eryſipelas,& ſacros ignes.

Crocum illitum cum refrigerantibus.
Cupreſsi folia per ſe,& cum polenta im poſita.
Rhamni folia illita.
Liguſtri folia adhibita.
Roſæ admotæ.
Acaciæ ſuccus inunctus.
Oleæ Syluestris folia contrita, & impo ſita.
Myrti folia cum omphacino oleo, aut exiguo roſaceo,& uino illita.
Menſtruus mulierum ſanguis circũlitus
Caprarum montanarum ſtercus ex vino, uel aceto decoctum impoſitum.
Vrinæ humanæ ſedimen inunctum.
Lentes cum meliloto, ſiccis roſis, roſaceo,& malicorio adhibitæ.
Malua ex oleo decocta, & illita.
Braſsica utraq; inciſa, & cum polenta emplaſtri modo impoſita.
Portulaca cum polenta cataplaſmatis addita.
Plantago illita cum cimolia, & ceruſſa.
Intybi radix,& folia cũ polẽta impoſita
Iſatidis folia illita.
Acinos cataplaſmatis addita.

Rutæ

Rutæ ſuccus cum aceto, ceruſſa, & roſaceo inunctus.
Coriandrum cũ pane, polentave illitũ.
Lilii folia ex aceto adhibita.
Tuſſilaginis folia trita,& impoſita.
Parthenium cum floribus emplaſtri modo admotum.
Polygonum,adhibitum.
Anchuſæ radix cum polenta impoſita
Lycopſis radix cum polenta applicata.
Rubi Idei flos illitus.
Helxine impoſita.
Quinquefolii radix decocta cataplaſmatis indita.
Verbenaca recta ex aceto inuncta
Papaueris uaſcula conciſa cum polenta impoſita.
Solani hortenſis folia cum polline polentæ illita, Quin & eiuſdem ſuccus inunctus.
Mandragoræ radix ex aceto illita.
Cicutæ ſuccus inunctus.
Vmbilici veneris ſuccus circumlitus.
Psyllium,& eius ſpiſſamentum inunctũ.
Lens paluſtris illita.
Ricini folia ex aceto adhibita.
Semperuiuum maius impoſitum.
Stratiotes admota.
Acetum circumaſperſum.
Rubigo ferri illita.
Chalcitis impoſita.
Sal cum aceto,& hyſſopo illitum.

MAT-

MATTHIOLI.

Caphura
Portulacæ ſuccus illitus.
Plantaginis ſuccus.
Solanum hortenſe,& eius ſuccus.
Caſſiæ ſolutiuæ pulpa exterius illita.
Anguriæ pulpa recens admota.
Cucumeris recentis ramenta adhibita.
Burſa paſtoris.
Trifolii acetoſi ſuccus.
Solani maioris ſuccus illitus.
Verbaſci florum ſtillatitia aqua impoſita.

DIOSCORIDIS.

Ad herpetas.

Acaciæ ſuccus inunctus.
Myrti folia cum omphacino oleo, aut exiguo roſaceo ex vino impoſita.
Oleæ Sylueſtris folia contrita, & impoſita.
Caprarum montanarum fimus ex vino vel aceto decoctus illitus.
Lentes cum ſertula campana, roſaceo, ſiccis roſis, & malicorio cataplaſmatis inditæ.
Helxinæ ſuccus cum ceruſſa inunctus.
Plantago impoſita.
Chelidonium maius ex vino illitum.

Rubi folia illita.
Solani hortulani ſuccus cum ceruſſa roſaceo,& argenti ſpuma illitus.

MATTHIOLI.

Pompholix, Diphriges, Ceruſſa, Cadmia } in vnguentis addita.
Liguſtri folia contuſa,& impoſita.
Rhois recentia folia, & vuæ contuſa & impoſita.

DIOSCORIDIS.

Ad epinictidas.

Ouillum caprillumue ſtercus ex aceto illitum.
Braſſica conciſa cum aceto impoſita.
Plantago quoquo modo adhibita.
Cucumeris folia cum melle inuncta.
Porri folia cum rhoe obſoniorum cataplaſmatis indita.
Abſinthium cum aqua illitum.
Coriandrum cum paſſa vua,& melle impoſitum.
Viſcum in ſplenio adhibitum
Heliotropii ſemen inunctum
Vua paſſa à nucleis repurgata, cum ruta impoſita.

MAT-

MATTHIOLI.

Lac caprillum bubulumve cum linteolis adhibitum.

DIOSCORIDIS.

Ad strumas.

Iridis Illyricæ radix cocta, & illita.
Pix liquida cũ hordeacea farina & pueri impubis vrina decocta, illita.
Ficus siccæ coctæ, & impositæ.
Viperinæ carnes coctæ & deuoratę.
Mustellę sanguis inunctus.
Asinini vnguis cinis ex oleo maceratus illitus.
Bubulus fimus è bubis herbas pascentibus electus, & illitus.
Hordei farina cum pice, & impubis pueri vrina excepta imposita.
Loliacea farina cum fimo columbino ex vino decocta adhibita.
Fabarum farina cum melle, & fœnograeco illita.
Lẽs in aceto cũ meliloto decocta illita.
Lupinorum farina ex aceto adhibita.
Rumex decoctus circumlitus.
Plantago cum sale imposita, vel radix collo suspensa.
Sinapi cum sulphure illitum.
Nasturtium ex muria inunctum.

iper cum pice impositum
oriandrum cũ fabę lomento adhibitũ.
albanum illitum.
parine cum axungia inuncta.
Ielissophylli folia cum sale cataplasmatis addita.
Althęa ex vino, vel acqua mulsa decocta imposita. (lita
Quinquefolii radix decocta incisa, & il
Laserpitii liquor ex cera illitus.
Vmbilici Veneris succus circumlitus.
Mandragoræ recentia folia cum polenta imposita.
Semperuiuum tertium impositum.
Galiopsis folia, caulis, semen, & succus cataplasmatis indita.
Pseudobunii rami quaterni ex aqua poti, illitiq;.
Adiantum impositum.
Fornaceæ testæ tostę ex cerato illitę.
Capparis radix, & folia trita imposita.

MATTHIOLI.

Cochleę quę salinis inhęrent cum putamine tusę, & illitę
Cancri fluuiatiles combusti tritiq; ex melle illiti.
Mustellarum fimus melle exceptus addita lupinorum aut fœnogręci farina, & illitus.
Milii indici arundinum medulla cum
aliis

aliis nonnullis, vide panici commentarium.

Cyclamini radices contusæ, & illitæ.

Dracunculi radix contusa, & imposita.

Cruciatæ minoris radix recens contusa & emplastri modo adhibita.

Eryngii radix decocta, & illita.

Menthastrum illitum.

Lilii radix cocta ex adipe, & aloe adhibita.

Artemisiæ radix ex axungia.

Bellidis genera omnia.

Scrophularia ex butyro illita.

Verbasci folia ex aceto imposita.

Personata emplastri modo adhibita.

Genistę flores contriti, & ex rhodomelle, aut sorbili ouo hausti.

Vitis nigræ radicis succus cum vini, aut mellis ęquali portione epotus.

Eiusdem radix tusa, melleq; excepta & imposita.

MATTHIOLI.

Ad ganglium.

Plũbea lamina tenuis probe adalligata

DIOSCORIDIS.

Ad panos.

Oleæ syluestris folia cum melle illita

Ficus

Ficus ſiccæ decoctæ, & illitæ.
Bubulum ſtercus ex paſcuis ſumptũ, impoſitum.
Lupinorum farina ex aceto adhibita.
Atriplex tam crudum, quam coctum illitum.
Plantago cum ſale impoſita.
Bulbi elixi cum polenta, & ſuillo adipe illiti.
Iſatidis folia impoſitã
Eryngium adalligatum.
Abrotonum cum farina hordeacea, & hydreleo ſubacta illitum.
Acinos herba impoſita.
Panaces aſclepii flores, & ſemen cataplaſmatis indita.
Coriandum cum fabæ lomento appoſitum.
Ammoniacum in unctum.
Onobrychis conciſa, & emplaſtri modo impoſita.
Gladioli ſuperior radix cum loliacea farina, & dulci aqua illita.
Pſyllium ex roſaceo, acetoùe, aut aqua impoſitum.
Mandragorę folia recentia adhibita
Galiopſis folia, caulis, ſuccus, & ſemen illita.
Perſonatæ radix cum axungia ſuo ſuper folio impoſita.
Pycnocomum adhibitum.
Conyza emplaſtri modo impoſita.

Vini

Vini fęx illita.

MATTHIOLI.

Eryngii radix decocta, & emplastri mo do imposita.
Sclarea ex aceto, aut melle subacta adhi bita.
Folia Verbasci tusa cineribusq; calefa-cta & admota.
Malua decocta, tusaq; & ex hordeacea farina mixta, & illita.
Lilii radix cocta, & ex lini seminis fari na adhibita.

DIOSCORIDIS.

Ad tumores discutiendos.

Cancri fluuiatiles impositi.
Lini semen illitum.
Fœno gręci farina cataplasmatis ad-dita.
Capparis radix, & cõtusa folia imposita
Smyrnii radix illita.
Ammoniacum inunctum.
Buphtalmi folia, & flores cera excepta, & imposita.
Mandragorę recentia folia cum polen-ta illita.
Galiopsis folia, caulis, succus, & semen adhibita.

Apilegos

Aegilops impoſita.
Diphryges cũ reſina terebinthina aut cerato appoſitum.
Pyrites lapis illitus.
Alabaſtrites lapis crematus reſina, aut pice exceptus & adhibitus.
Cimolia terra illita.

MATTHIOLI.

Iuglandium oleum.
Caricæ pingues cum lilii, iridis, & althæę radicibus decoctę & emplaſtri modo adhibitæ.

MATT IOLI.

Ad cheradas ideſt ſcrophulas.

Muſtellarum fimus melle exceptus addita lupinorum, aut fœnogręci farina,& illitus.
Cruciatę radix recens contuſa, & emplaſtri modo impoſita.
Cyclamini radices contuſæ,& illitæ.
Cruciatę minoris radix in puluerem trita,& impoſita.
Socrophularia contuſa & illita.
Verbaſci folia ex aceto impoſita.
Perſonata contuſa,& adhibita.
Geniſtæ flores ex rhodomelle aut ſorbili ouo deuorati.

Vitis nigræ radicis succus ex uino, & melle haustus.
Eiusdem radix tusa, & ex melle illita.

DIOSCORIDIS.

Ad scirrhum.

Taurinus sanguis cum polenta illitus
Bubulus fimus ex pascuis assumptus ex aceto illitus.
Loliacea farina cum fimo columbino in vino decocta adhibita.
Lini semen cum nitro, & lixiuio ficulnei cineris decoctum.
Hydropiper appositum.
Cannabis syluestris radix imposita.

MATTHIOLI.

Amygdalinum oleum.
Sesamiuum oleum.
Pix liquida.
Bubulum } stercus ex aceto impositum.
Caprillum }
Cyclamini radices contusæ illitæ.
Dracunculi radix tusa, & imposita
Oleum liliorum alborum.

DIOSCORIDIS.

Ad carcinomata.

Cancrorum fluuiatilium cinis cum melle

le decoctus & illitus.
Irionis ſemen tritum & impoſitum.
Vtraque urtica adhibita.
Galiopſis folia, caulis ſuccus, & ſemen impoſita.

MATTHIOLI.

Humani ſtercoris ſtillatitia aqua illita.
Fœnogræci farina ex uino ſubacta & impoſita.
Sanguiſorba, & eius ſuccus illitus.
Vnguentum ex roſaceo cum mortario, & piſtillo plumbeo cōfectum illitū.
Plumbum uſtum, & lotum.
Oleū de antimonio noſtrū inunctum.

DIOSCORIDIS.

Ad tumores in uniuerſum.

Suillus adeps illitus.
Braſsica utraq; conciſa cum polenta impoſita.
Cucurbita impoſita.
Xanthii ſemen illitum.
Bulbi elixi cum polenta, & adipe ſuillo illiti.
Lini ſemen cataplaſmatis inditum.
Fœnigræci ſemen illitum.
Cępa decocta, & cum paſſa vua & ficu adhibita.
Narciſsi radix illita.

Brionię radix ex vino decocta & impo
sita.
Isatidis folia applicata.
Smyrnii radix illita.
Tragoriganum cum polēta admotum.
Mentha cum polenta cataplatasmatis
addita.
Amaraci folia cum cera cocta & illita.
Daucum illitum.
Libanotis radices emplastri modo im-
positæ.
Nigella ex aceto illita.
Horminum ex aqua appositum.
Buphthalmai flores cera subacti.
Althęa decocta adhibita.
Cannabis syluestris radix emplastri mo
do imposita.
Anagyris folia illita.
Polygonon cataplasmatis inditum.
Xyridis radix ex aceto inuncta.
Helxine imposita.
Quinquefolii radix decocta applicata.
Verbenacę supinę folia imposita.
Psyllium ex rosaceo, acetove, aut aqua
illitum.
Ephemeri folia ex uino decocta & ad-
mota.
Cytisi folia cum pane inter initia appo
sita.
Cucumeris agrestis radix cum polenta
imposita.
Chamæsyces rami triti,& impositi.

Pycnocomi semen cum polēta illitum.
Indicum inunctum.
Vini fæx cruda per se, uel cū myrto illita

DIOSCORIDIS.

Ad steatomata.

Chrysantemi flores cum cerato triti, & impositi.

DIOSCORIDIS.

Ad meliceridas.

Rumex cum rosaceo, & croco illitus.
Melilotus ex aqua inuncta.
Vua passa a nucleis repurgata, trita cum ruta imposita.

DIOSCORIDIS.

Ad tumores ex ictu.

Brassica concisa cum polenta imposita.
Cucurbita emplastri modo adhibita.
Hydropiper admotum.
Thymus, Thymbraq; illita.

MATTHIOLI.

Absinthium in tegula calefactum & ui

no aſperſum adalligatum.

Cari ſeminis farina ex melle, aut ſapa decocta, & impoſita.

Fabarum farina vna cum anthemide & betonica ex defruto decocta & emplaſtri modo adhibita.

DIOSCORIDIS.

Ad ſugillata.

Caſeus recens illitus.

Succida lana oleo, acetove perfuſa.

Fabarum farina ex melle & fœnogreco.

Lupinorum farina adhibita.

Raphanus ex melle.

Allii cinis ex melle.

Sinapi illitum.

Hydropiper impoſitum.

Ptarmica cum floribus illita.

Bulbi per ſe, aut ex oui uitello.

Rhaponticum ex aceto.

Aloe ex melle.

Laſerpitii liquor illitus.

Abſinthium ex melle.

Aqua maris calida fotu adhibita.

Hyſſopum ex feruenti aqua.

Calamintha ex uino.

Amaraci ſiccata folia ex melle.

Cuminum erraticum commanſum ex melle, & paſſa uua illitum.

Ammi ex melle.
Thapſię ſuccus, & radix cum thuris & cere æquali portione duabus tantum horis impoſita, & ſubinde marina aqua fotu adhibita.
Bryonia ex oleo decocta quouſque liqueſcat.
Sal ex melle illitum.

MATTHIOLI.

Triticum cum radicula commanſum & impoſitum.
Lupini ex aceto decocti, & impoſiti.
Ari radix cum fabacea farina ex defruto, ſubacta.
Succiſa trita, & illita.

Vulnerum.

DIOSCORIDIS.

Ad vulnera conglutinanda.

Cupreſsi folia trita.
Vlmi folia, ſed multo magis corticis tilia ſi faſciæ loco intorqueatur.
Sycomori liquor illitus.
Amurca in cupreo uaſe decocta illita.
Palmulæ immaturæ adhibitæ.

Viticis folia,& ſemen impoſita.
Punicorum cytini impoſiti.
Thus inſperſum.
Lanæ cinis impoſitus.
Syluestris braſsicæ folia impoſita.
Argemone illita.
Glycyrrhizę ſuccus illitus.
Centaurii maioris recens radix impoſita.
Centaurii minoris folia tuſa,& illita.
Achillea impoſita.
Poterii radix conciſa,illita.
Smyrnii radix impoſita.
Aloe in puluerem inſperſa.
Sarcocolla adhibita.
Polycnemon ex aqua impoſitum.
Polium emplaſtri modo inditum.
Scordium appoſitum.
Equiſeti folia inſperſa.
Lonchitis folia applicata.
Althęa in vino, aut mulſa aqua decocta impoſita.
Sideritis folia admota.
Chamæpitys ex melle adihibta.
Sideritis altera impoſita.
Polygonum emplaſtri modo impoſitum.
Polygonatū emplaſtri modo admotū.
Symphytum petreum inditum.
Symphytum alterū emplaſtri modo ad hibitum.
Clymeni ſuccus impoſitus.

Sideritis quælibet illita.
Lycopſis radix cataplaſmatis indita.
Ocimi ſemen illitum.
Graminis radix conciſa,& adhibita.
Conyza illita.
Quinquefolium adhibitum.
Coccum infectorium tritum, & inſperſum.
Verbenaca illita.
Erigeri folia,& flores cum thuris manna adhibita.
Verbaſci folia ex aceto.
Spongiæ recentes ſine pinguedine ex aqua,uel poſca.
Succida lana vino , aceto , oleove inſuſa.
Dracunculi folia ex vino decocta.
Iſatidis folia illita.
Stratiotes millefolium impoſitum.
Morochthus lapis inſperſus.

MATTHIOLI.

Oleum ſtillatitium e larigna reſina, aut abiegna.
Abiegna lachryma.
Terebinthina reſina.
Pix arida.
Cupreſsi folia,germina , coni recentes, & molles.
Vlmi folliculorum concluſus liquor illitus.

Papyrus oxycrato, vinove macerata.
Tiliæ cortex cõmansus, & deinde illitus.
Cisti folia imposita.
Hypocistis.
Ilicis rubentes pilulæ cum aceto tritæ & impositæ.
Querna folia adalligata.
Mespili folia sicca, & in puluerem aspersa.
Corni folia eodem modo adhibita.
Oleum e terrenis uermibus addito balsamo factitio, aut oleo terebinthino.
Cyani maioris folia, & succus.
Tragopogoni succus, aut stillatitia aqua.
Bursæ pastoris succus.
Ophyoglossum impositum, aut eius oleum illitum.
Omphacinum oleũ in quo ophyoglossum diu fuerit insolatum, addita lachryma abiegna.
Chelidonii maioris puluis inspersus.
Centaurii magni radix
Veronica mas.
Gratiola trita, & illita.
Flos solis.
Rosmarini succi farina inspersa post ablutionem e suo ipsius decocto.
Aparinæ succus, aut siccæ puluis.
Trinitas herba tam hausta, quàm exterius usurpata.
Lunaria minor.

Hyperici flores, & ſemen, uel oleum.
Conſolida maior, minor, & media.
Sanicula.
Auricula vrſi.
Piloſella.
Pyrola de qua pręſtantiſsimam potionem uulnerariam habes lib. 4. cap. 16.
Virga aurea.
Potentilla.
Eupatorii uulgaris flores illiti.
Fragariæ folia, & radix.
Sanguiſorba.
Pulmonaria.
Alchimilla
Ophris.
Biſtortæ, & tormentillæ radices cum vulneribus illitæ, tum etiam in potionibus hauſtæ.
Oleum balſaminæ, ſiue momordicæ.

DIOSCORIDIS.

Ad fluxum ſanguinis.

Sylueſtris oleæ foliorum ſuccus admotus.
Gallæ crematæ uino, aceto, aut muria extinctæ, inſperſæ.
Punicorum cytini impoſiti.
Perſeę arida folia illita.

Cupressus pilulę cum arboris coma tritæ & admotę.

Thus inspersum.

Ranarum crematarum cinis illitus.

Araneorum tela adhibita.

Caprarum montanarũ fimus ex aceto.

Asininum stercus tum crudum, tum crematum ex aceto.

Stœbis folia imposita.

Portulaca illita.

Plantago admota.

Idea radix adhibita.

Isatis folia inuncta.

Saluia apposita.

Galii flos inditus.

Androsęmi folia applicata.

Quinquefolium admotum.

Phœnix herba cum punicea lana corpori adalligata.

Lichen herba adhibita.

Astragali radix indita.

Hyoscyami semen oboli pondere in mulsa aqua epotum.

Stratiotes millefolium admotum.

Cinnabaris & sanguis draconis inditus.

Alumen admotum.

Sulphur impositum.

Gypsum inspersum.

Spongiæ siccæ recentes, & uacuæ impositæ.

Spongiarum crematarum cinis ex pice.

Eretria terra inſperſa.
Stibium inſperſum.

MATTHIOLI.

Pannus in annoſis laricum caudicibus prope medullam repertus admotus.
Suberis corteex tritus, & ex calida aqua bibitus.
Meſpili ſicca folia in puluerem aſperſa.
Pili leporini e uiui uentre euulſi uſti, & adhibiti.
Burſa paſtotis tenui pulticula circumlita, & in oleo frixa.
Centaurii magni radix.
Flos ſolis.
Lanugo xyli combuſta, & illita.
Biſtortæ, uel tormentillæ puluis uulneribus inſperſus.
Conſolida minor, & media impoſita.
Sanicula quoquomodo adhibita.
Auricula urſi.
Piloſella.
Pyrola de qua præſtantiſſimam potionem habes vulnerariam. lib. 4. cap. 16.
Potentilla quoquo modo vſurpata.
Gypſum inſperſum.
Iaſpis lapis nuda manu comprehenſus.

DIO-

DIOSCORIDIS.

Ad ſanguinem ex cerebro erumpentem.

Gallinaceorum cerebrũ ex vino hauſtũ.
Stibium tritum inſperſum.

MATTHIOLI.

Vrticæ communis ſemen tritum & inſperſum.
Xylum combuſtum.

DIOSCORIDIS.

Ad ſangninis grumos.

Thymus impoſitus.
Thymbra illita.

DIOSCORIDIS.

Ad uulnera telis uenenatis illata.

Dictamni ſuccus tum potus, tum inſtillatus

MATTHIOLI.

Ceruimus ſanguis ex vino ſumptus.
Cydonia mala deuorata.
Scorzoneræ ſuccus potus vulneriq; inſuſus.

DIOSCORIDIS.

Ad oſſa nuda carne ueſtienda.

Iris Illyrica inſperſa.
Panacis Herculei radix impoſita.
Myrrha cum cochleæ carnibus peruncta.

MATTHIOLI.

Thuris cortex inſperſus.
Myrrha cum thure, aloe, & ſarcocolla.
Peucedani radix in puluerem trita, & aſperſa.

DIOSCORIDIS.

Ad unlnera membranarum cerebri.

Butyrum admotum.

MATTHIOLI.

Oleum roſaceum
Abiegna lachryma.
Oleum ex ouorum vitellis
Bellidis genera omnia.
Betonica tuſa, & illita, & in unguentis addita
Matriſylua eodem modo adhibita.

San-

Sanguiſorbæ ſuccus in unguentis additus.

Gumi elemi
Piloſella
Quinq; folium
Alchimilla
} in unguentis addita

MATTHIOLI.

Ad uulnera carne replenda.

Iridis radicis farina
Thus
Myrrha
Aloe
Sanguis draconis
Sarcocolla,
Panacis radicum cortex
} Rhodomellæ & laricea reſina excepta, aut per ſe inſperſa.

DIOSCORIDIS.

Ad nulnerum inflammationes.

Bubulus recens fimus ex paſcuis ſumptus, ac ſubinde in foliis inuolutus & in feruenti cinere calefactus impoſitus.

Pinorum,& picearum folia trita,& illita

Fabarum farina cataplaſmatis indita.

Lupinorum farina admota.

Stratiotes impoſita.

Millefolium ex aceto illitum.

Labruscæ flores cataplaſmatis inditi.
Aerugo illita.

MATTHIOLI.

Roſaceum unguentum.
Caphura illita.
Liguſtrinum oleum.
Maluæ folia cum ſalignis frondibus trita,& illita.
Ophiogloſſum recens, ſiccumve ex gallinaceo adipe illitum.
Cynogloſſę uulgaris recentia folia circum ligata,& quotidie bis repetita.

DIOSCORIDIS.

Ad infixa uulneribus extrahēd

Cochleæ terreſtres cum ſuo operimeto tuſæ ,& appoſitæ.
Siluri ſalſi caro admota.
Lacertæ conciſum caput impoſitum
Bulbi cataplaſmatis inditi.
Horminum ex aqua illitum.
Anagallis adhibita.
Narciſsi radix cum lolii farina admota
Ariſtolochia rotunda impoſita.
Dictamnum admotum.
Gladioli radix ſuperior ex uino , & thure illita.
Xyridis radix applicata.

Tragii

Tragii folia, ſemen, & liquor illita.
Pycnocomi ſemen cum polenta impoſitum.
Acutæ ſpinæ radix admota.
Arundinis radix adhibita.
Sinapi impoſitum.

MATTHIOLI.

Calami phragmitis radix cũ bulbis apposita.
Pectinis veneris radix cum malua tuſa, & adalligata.
Ariſtolochia rotunda illita.
Eryngii radix ex melle.
Verbaſci ſemen, & folia in vino decocta & impoſita.

DIOSCORIDIS.

Ad carnis excreſentias.

Gallæ tritæ & inſperſæ.
Palmarum nuclei exuſti, loti q;, illiti.
Erinacei marini operimenti cinis admotus.
Crematæ purpuræ cinis inditus.
Conculæ Indicæ cinis illitus.
Smaridis piſcis exuſtum caput impoſitum.
Lanæ crematæ cinis inunctus.
Scordium ſiccatum inſperſum.

Aes vstum impositum, Quin etiam æris flos admotus.

Plumbum elotum.
Stibium.
Argenti spuma
Cerussa
Chrysocolla
Ochra
Diphryges
Auripigmentum
Pumex
Corallium
Asii lapis flos siccat⁹

} trita, inspersa, il lita vel quoquo modo admota.

Pyrites lapis cum resina admotus.

MATTHIOLI.

Alumen combustum.
Chalcanthum.
Mercurius præcipitatus.
Mercurius sublimatus.
Ellebori nigri farina.

DIOSCORIDIS.

Ad uulnera cicatrice obducenda.

Cadmia elota inspersa uel illita.
Plumbum elotum impositum.
Argenti spuma.

MAT-

MATTHIOLI.

Alumen vſtum.
Corallium.
Pompholyx.
Sandix ex plumbo parata.
Aerugo exuſta.
Charta combuſta.
Linteorum combuſtorum cinis.
Cucurbita ſicca, & combuſta.
Vini fæx combuſta una cum ſiccis plantaginis radicibus.

MATTHIOLI.

Ad uulnera interna.

Phu in potionibus vulnerariis additũ.
Flos ſolis potus.
Trinitas,& eius decoctum hauſtum.
Lunaria minor potionibus addita.
Bellidis genera omnia

Equiſetum Solidago omnis Sanicula Pyrola Alchimilla Piloſella Virga aurea	in uino decocta & epota.
Biſtortæ Tormentillæ Dictamni albi Fragariæ Caryophyllatæ.	radices ĩ potionibus additæ.

Potio

potio noſtra de Pyrola in limonii commentario deſcripta.

Vlcerum.

DIOSCORIDIS.

Ad depaſcentia ulcera quæ Græci φαγέδαινα uocant.

Pini,piceæq; cortex cum calcantho tritus,& illitus.
Lentiſci decoctum fotu adhibitum.
Cupreſſi folia trita inuncta
Sabinæ utriuſq; folia trita,& admota.
Rhamni cuiuſq; folia impoſita.
Ciſti flores per ſe illiti.
Oleæ ſylueſtris folia trita , & adhibita.
Lignorum Marcor illitus.
Oliuæ maturæ exuſtæ , tritæ , & inſperſæ.
Palmæ cortex ſiue inuolucrum admotum
Myrti folia trita cum omphacino. oleo,aut exiguo roſaceo ex uino impoſita.
Amygdalæ amarę ex uino inunctæ
Smaridis piſcis crematum caput , tritum, & illitum.
Garum piſcium admotum.
Teſtudinis fel inunctum.

Loliacea farina cum ſale, & raphano illita.
Lini ſemen ex vino decoctum.
Erui farina admota.
Raphanus tritus inunctus.
Betæ folia impoſita.
Plantago quoquo modo indita.
Dracunculi maioris radix conciſa ex melle, bryonia addita.
Aſphodeli radix, & folia ex vino.
Anagallis trita adhibita.
Hederæ decocta folia, ex uino.
Chelidonii maioris radix & vino.
Iſatidis folia ſuperpoſita.
Ariſtolochia rotunda adhibita.
Chamæleonis nigri radix cataplaſmatis addita.
Pulegium virens appoſitum
Marum admotum.
Panacis aſclepii flores, & ſemē illitum.
Paſtinacæ erraticæ folia contuſa ex melle.
Coriandrum cum pane, polentave illitum.
Marrubii folia ex melle.
Tithymali characiæ lac inunctum.
Omphacium ex aceto illitum.
Cicutæ ſuccus admotus.
Sedum maius adhibitum.
Sphondilium cum ruta appoſitum.
Polygonum ſuperpoſitum.
Verbenaca ex aceto applicata.

Solani hortulani folia cum polétæ pol line illita.
Acetum fotu adhibitum.
Acida muri a fotu impoſita.
Petaſites admota.
Aeris ſquamma inſperſa
Aerugo illita.
Sal toſtum cum polenta adhibitum.
Salis flos inſperſus.
Chalcitis illita.
Diphryges inunctum.
Aſius lapis tritus ex aceto.
Alumen cum gallę crematę pari ponde re ex aceti fęce.

MATTHIOLI.

Cochleæ contritę, & illitæ.
Humani ſtercoris aqua ſtillatitia & oleum.
Lupini decoctum adhibitum.
Caninum ſtercus inſperſum.
Plantaginis ſuccus illitus.
Ari radicum ſuccus.
Oleum è calcantho.

DIOSCORIDIS.

Ad ulcera diuturna.

Ciſti flores per ſe illiti.
Centaurium minus illitum.

Panacis

Panacis Herculei acuminata radix imposita.
Viſcum cum thure inunctum.
Chamædrys ex melle.
Lilii foliorum ſuccus in æreo vaſe decoctus ex aceto, & melle.
Scordium tritum ex melle.
Anchuſæ radix oleo in cocta ex cera.
Verbenaca trita ex melle
Aſtragali radix illita.
Thalictri radix inuncta
Perſonatę folia impoſita.
Omphacium ex aceto.
Spógię recẽtes ſiccæ,& uacuę impoſitę.
Aſii lapidis flos ſiccatus illitus.

MATTHIOLI.

Terebinthina.
Carioſorum lignorum uermes.
Plantaginis ſuccus.
Creſpini Baccarum ſuccus.
Burſa paſtoris trita
Hypociſtis.
Ladanum emplaſtri modo impoſitnm.
Sylueſtris oliuæ oleum.
Aqua in marceſcentibus quercuum cauitatibus reperta.
Oleum è tritico.
Braſsica impoſita.
Chelidonii maioris puluis.
Ariſtolochia rotunda.

Aloe

Aloe cũ ſanguine draconis & myrrha.
Veronica mas.
Flos ſolis.
Abrotonum vſtum.
Aparinæ ſiccæ farina.
Vtriuſq; ſecuridacæ farina.
Conſolidę mediæ vel minoris folia, aut eorum ſuccus.
Sanicula
Auricula urſi
Piloſella
Pyrola
Caryophyllatæ ſuccus admiſta ærugine
Potentilla.
Eupatorii vulgaris flores illiti.
Fragariæ folia.
Sanguiſorba.
Filicis farina inſperſa.
Oleum è calcantho.
Oleum noſtrum de antimonio.
Mercurius præcipitatus.
Mercurius ſublimatus.

DIOSCORIDIS.

Ad malefica, doloſaq; ulcera.

Plantago quoquo modo impoſita.
Dracunculi conciſa radix cum bryonia ex melle.
Petaſites illita.
Psyllium tritum ex melle.

Bryoniæ folia, fructus, radix cum sale im posita.
Filicis fœminæ radix trita, & illita
Cadmiæ puluis inspersus.
Salis flos illitus.
Asii lapidis flos ex melle.
Ostracites lapis ex melle.

MATTHIOLI.

Quernæ suberinæq; glandes cum salsa axungia illitæ.
Humani stercoris stillatitia aqua, & oleum stillatitium.
Caninum stercus inspersum.
Lupini cum suo decocto admoti.
Bursa pastoris
Ari radicis succus.
Carduus benedictus tã potus, quàm ad motus.
Vnguentum ex mortario, & pistillo plũ beo ex rosaceo paratum.
Plumbum ustum, & elotum,
Chrysocolla factitia inspersa.
Oleum de chalcantho
Oleum de antimonio.
Mercurius præcipitatus.

DIOSCORIDIS.

Ad simus, & fistulas.

Iris Illyricæ radicis decoctũ infusum.
Suil-

Suillus adeps infusus.
Mel infusum.
Plantaginis succus impulsus.
Dracunculi maioris radicis succus ex melle.
Aristolochia rotūda cū itidē ex melle.
Spondilii ramenta circumligata sinuū callos erodunt.
Quinquefolium cum sale ex melle
Stratiotes millefolium infusum.
Tithymali Caracię lacteus succus indiths.
Omphacium cum aceto.
Chalcitis collyrii modo infusa
Cadmia illita.
Spongia recens sine pinguitudine ex decocto melle imposita.
Gentiana quoquomodo adhibita.

MATTHIOLI.

Aqua stillatitia lariceę lachrymę siue abiegnę infusa.
Oleum è tritico.
Plantaginis succus.
Bursa pastoris, & eius succus.
Hederę terrestris succus cum ęrugine infusus.
Caryophyllatę succus admista ęrugine.
Alchimilla
Oleum de calcantho.
Oleum de Antimonio.

Mercurius præcipitatus
Mercurius ſublimatus.
Calcanthi ſtillatitia aqua infuſa.

DIOSCORIDIS.

Ad ulcera in callum indurata.

Capparis radix exiccata impoſita.
Aerugo cum ammoniaco collyrii modo adhibita.
Spongiæ aridæ lino ligatæ, & in penicilli modo impoſita.

MATTHIOLI.

Anonidis radix trita, & impoſita.
Mercurius ſublimatus in unguentis additus.

DIOSCORIDIS.

Ad ulcera ab erodentibus facta.

Lac omne, & præſertim bubulum illitū.

MATTHIOLI.

Oleum è luteis ouorum.
Ceruſſa elota
Argenti ſpuma
Calx pluries lota } in unguentis addita.

DIOSCORIDIS.

Ad phthyriaſim.

Staphiſagria trita, & ex oleo illita.

MATTHIOLI.

Argentum uiuum illitum
Piper ex ſaliua inunctum.

DIOSCORIDIS.

Ad ſordida ulcera.

Oleæ ſylueſtris folia tuſa ex melle.
Iris Illyrica ex melle.
Colymbades tritæ & impoſitæ.
Reſina terebinthina illita.
Pix liquida cum melle indita.
Erinacei marini operimentum exuſtum impoſitum
Purpuræ crematæ cinis illitus.
Conchulę Indicę cinis inſperſus.
Orobi farina admota.
Br:ſsica cum fœnogræco,& aceto illita
Aſphodeli folia,& radices impoſita.
Capparis cortex ſiccatus, & adhibitus.
Anemones radix illita.
Hederæ decocta folia ex vino.
Chelidoniũ maius cũ axungia admotũ.
Ariſtolochia rotunda impoſita.

Libanotidis radices ſiccatæ ex melle.
Ballote ex melle.
Marrubii folia ex melle.
Verbenacæ ſupinæ folia illita.
Narciſſi radix cum erui farina ex melle.
Brioniæ radix, fructusq; cum ſale admota.
Aerugo ex melle cocta, & impoſita.
Aes vſtum inſperſum.
Vrtica utraq; illita.
Peucedani radix trita inſperſa
Cadmia indita.
Mel illitum.
Pompholyx admota.
Muria indita
Alumen quoquo modo adhibitum.
Aſii lapidis flos exiccatus, & illitus.

MATTHIOLI.

Terebinthina reſina.

DIOSCORIDIS.

Ad Ambuſta.

Platani pilulæ adipe exceptæ, & illitæ.
Liguſtri foliorum decoctum fotu adhibitum.
Ciſti flores cum cerato impoſiti.
Acaciæ gummi ex ouo illitum puſtulas prohibet.

Myrti folia cruda ſeu cremata cerato ex-
cepta.
Mori folia trita ex aceto illita.
Thus ex ſuillo adipe, uel anſerino exce-
ptum.
Buccinæ cinis illitus.
Mitulorũ combuſtorum cinis admotus.
Conculæ Indicæ cinis inunctus.
Calceamẽtorum ueterũ cinis impoſitus.
Suillus adeps inunctus.

fimus { ouillus cera, & roſaceo ſuba-
ctus
Columbinus } cum lini ſemi-
Gallinaceus } ne ex oleo.

Seſamum ex roſaceo.
Malua decocta ex oleo.
Betæ uirentia folia illita.
Braſſicæ cinis ex oui Albo.
Lactucæ Syluestris lacteus ſuccus ex hu
mano lacte.
Hederæ flores ex cera, Quin & decocta
folia ex vino.
Acanthi radix illita.
Rutæ ſylueſtris ſemen, & folia admota.
Glutinum calida aqua maceratum illi-
tum puſtulas prohibet.
Typhæ flos vetere ſuillo adipe eloto ex
ceptus.
Hemerocallis radix illita.
Altheæ folia ex exiguo oleo admota.
Hyperici ſemen, & folia impoſita.
Aſcyri ſemen, & folia adhibita.

Androſæmi folia admota.
Anchuſę radix in oleo decocta ex cera.
Helxine admota
Papaueris corniculati folia ex oleo.
Verbaſci Syluestris folia cataplaſmatis addita.
Stimmi ex recenti adipe illitum puſtulas prohibet.

Alumen ex aqua	puſtulas prohibent.
Sal ex oleo	
Cimolia terra illita	

Prygius lapis cerato exceptus.
Atramentum ſcriptorium ex aqua.
Cinnabaris & ſanguis draconis illitus.
Gallii flos inunctus.
Lilii radix cremata ex roſaceo, Quin & folia illita.
Cynogloſſæ folia ex uetere ſuillo adipe.
Sambuci prætenera folia inuncta.
Narciſsi radix ex exiguo melle.
Oleum ex cauatis aſphodeli radicibus decoctum illitum.

MATTHIOLI.

Liguſtri foliorum decoctum
Oui album per ſe aut cum uitello, impoſitum addito roſaceo.
Oleum ex ouorum uitellis.
Hordei combuſti cinis inſperſus.
Lini ſeminis oleum ex aqua roſarum elotum,

elotum,& illitum.
Cucurbitę cinis.
Sambuci ſecundarius cortex.
Cãnabis radix ĩ aqua decocta impoſita.
Eadem recens cum recenti butyro trita, & illita.
Verbaſci florum ſtillatitia aqua illita
Vnguentum è ſambuci cortice inunctũ cuius parandi rationem habes lib.4, capite de ſambuco.
Oleum è fructu momordicæ, illitum.

DIOSCORIDIS.

Ad fauos.

Peponis radix ex melle.
Naſturtium illitum.

DIOSCORIDIS.

Ad ficos.

Bulbi in cinere toſti,& cum capitum me narum cinere impoſiti.

DIOSCORIDIS.

Ad intertrigines.

Calciamentorum crematorum ſoleę il litę

MATTHIOLI.

Lithargyrium illitum.

DIOSCORIDIS.

Ad ulcerum inflammationes.

Aranei tela imposita.

MATTHIOLI.

Cynoglossi uulgaris succus una cum ce
russa, & caphura illitus.

DIOSCORIDIS.

Ad ulcera cicatrice obducenda.

Purpurarum crematarum cinis illitus
Mitulorum } cinis illitus.
Conculę indicę } cinis illitus.
Aloe inuncta.
Eupatorii folia concisa ex suillo adipe.
Filicis fœminę radix sicca in puluerem aspersa.
Cadmia admota.
Aes vstum impositum.
Squama ęris inspersa.
Aerugo ex oleo, & cera.

Stimmi
Molybdena.
Argenti ſpuma.
Ceruſſa.
Chalcitis
Pumex
Fex uini cremata
Calx lota.
Corallium.
Aſii lapidis flos.
Fornaceę teſtę toſtę

} quoquo modo adhibita.

MATTHIOLI.

Plumbum uſtum elotum.
Corallii cinis impoſitus.
Diphryges illitum.
Alumen uſtum.
Aerugo uſta.
Calx pluries lota.

MATTHIOLI.

Ad ulcera morbi gallici.

Argentum uiuum in unguentis additum.
Argentum uiuũ pręcipitatũ inſperſum.
Argentum uiuum ſublimatum.
Oleum noſtrum de antimonio.
Calx lota.
Cinnabaris uulgaris.

DIOSCORIDIS.

Ad ulcera caua explenda.

Thus inditum.
Pix liquida cum melle.
Pix arida impoſita.
Medulla oſsium quadrupedum quęlibet inuncta
Mel infuſum
Cadmia inſperſa
Corallium inditum.
Aſii lapidis flos ex melle.
Eretria terra illita
Pumex inſperſus.

MATTHIOLI.

Plumbum uſtum elotum.
Corallii cinis impoſitus.
Thus
Myrra
Aloe
Iridis radix
Thuris cortex.

Luxationum & fractu rarum.

DIOSCORIDIS.

Ad artuum luxationes.

Harundinis radix cum aceto adhibita.

Perſonatæ

Personatę radix trita illita, dolores articulorum e contusionibus sedat.
Acaciæ decoctum fotu adhibitum.
Viticis semen cum foliis cataplasmatis additum.
Stercus caprillum cum cera, & rosaceo inunctum.
Asparagi radix ex aceto uel uino adhibita.
Cyclamini decoctum fomenti modo.
Bulbi cataplasmatis more adhibiti.
Acanthi radices impositę.
Sampsuchi folia cum cera cocta, imposita.
Anchusæ folia cum melle & farina apposita.
Vrtica utraque imposita.
Narcissi radix cum melle trita.
Vitis nigræ folia cum uino admota.
Filicula imposita.
Heliotropii folia linita.
Sarmentorum uitis, & uinaceorum cinis ex aceto linitus.
Sal cum farina & melle.

MATTHIOLI.

Fœnogręci farina cum hydromelite decocta addita axungia.
Plantaginis folia ex sale modico illita.
Primulæ ueris succus tum potus, tum illitus.

Thus

Thus cum Armenia terra, & sanguine draconis, oui albo subactum & emplastri more illitum.

DIOSCORIDIS.

Ad ossa fracta.

Myrti foliorum decoctum fotu admotum.

Succida lana oleo, vino, acetoq; perfusa & adhibita.

Verbasci decoctum epotum.

Fuligo pictoria cum rosaceo cerato imposita.

Vlmi foliorum, aut corticis radicum decoctum perfrictum.

MATTHIOLI.

Primulæ veris succus tam potus, quàm illitus.

Lapis ad osium fracturas descriptus, lib. quinto commento de lapide morochtho.

Symphyti maioris radix contusa, & circumligata.

Geranii florem ceruleum gerentis radix contusa cũ axungia & applicata.

Oua recentia rude agitata additis thure, aloe, sanguine draconis, & Armenio bolo.

Diosco-

DIOSCORIDIS.

Ad oſſa fracta euellenda.

Ariſtolochia rotunda cataplaſmatis more impoſita.
Peucedani radix in puluerem impoſita.
Euphorbium impoſitum.
Xyridis radix addito flore æris.
Bryonia trita & impoſita.
Vitis nigræ radix.

MATTHIOLI.

Iridis radix trita, & impoſita.
Dictamnum tum potum, tum illitum.
Mercurius præcipitatus impoſitus.

DIOSCORIDIS.

Ad eos qui ab alto deuoluntur.

Gentianæ radicis ſuccus drachmæ pondere hauſtus.
Baccharis radicis decoctum potum.
Millefolium cum aqua, & ſale potum.
Lixiuium ex cinere ſarmentitio factum cum aceto, ſale, & melle.

MATTHIOLI.

Mumia cũ caſsiæ ſolutiuæ, pulpa lemnia ſphragide, & rubeæ radice deuorata.

Cammarorum lapilli cum tiliæ carbonibus ſumpti.

Plantaginis folia non ſolum illita, ſed, & deuorata.

Cyani maioris puluis ex aqua plantaginis aut ſymphyti abſorptus.

Cyclaminis ſtillatitia aqua cum ſaccharo epota.

Rhabarbarum cum mumia, & erithrodani radice hauſtum.

Ariſtolochia rotunda.

Vincetoxici radices ex uino aut ſymphyti maioris decocto ebibitæ.

Lunaria minor potu ſumpta.

Biſtortę, uel tormentillæ ſuccus, aut puluis ex ſymphyti maioris aqua hauſtus.

Conſolida minor,& media in potionibus uulnerariis addita.

Sanicula
Auricula vrſi.
Piloſella
Virga aurea.
Potentilla.
Alchimilla.
Ophris.
} quoquo modo ſumpta.

DIOSCORIDIS.

Ad ruptos.

Acori decoctum potum.

Cardamo-

Cardamomum ex aqua epotum.
Calami odorati decoctum cum graminis aut apii ſemine bibitum.
Bubulum lac a uomitu, & clyſtere epotum.

Oleum	Amigdaliũ dulce	Epotum
	E pineis nucleis	
	Papaueris ſemine	
	Ex indica nuce	

Semiuis.	Lini	ſpiſſamenta ſumpta
	Maluæ	
	Althææ	
	Pſyllii	
	Cydoniorũ	

Pinguia carnium iura hauſta

Halicachabi baccæ deuoratæ.

MATTHIOLI.

Ad urticæ ſemen.

Medicamenta omnia quæ ſcyllæ noxæ reſiſtunt.
Malorum cydoniorum ſemina contuſa, & ex calida aqua epota.

MATTHIOLI.

Ad dracunculi ſemen.

Butyrum crudum recens hauſtum
Hordeaceæ farinę pulticula additis ſaccharo, penidiis, amygdalino oleo, aut recenti butyro deuorata.
Pinguia carnium iura hauſta.

MATTHIOLI.

Ad rhododendrum.

Fęnugræci decoctum potum.
Dactili deuorati.
Viticis ſemen aut folia aut eorum decoctum epotum.
Caricæ ex melle aut iulapio ſumptæ
Defrutum potum.
Pinguia omnia deuorata.
Diacaſtoreum potum duarum drachmarum pondere.

Iuniperi baccæ pari pondere potæ.

MATTHIOLI.

Ad azadaracht.

Theriaca Andromachi }
Mithridatis antidotum } ex uino hau-
Antidotum nostrum. } sta.

Medicamenta omnia quæ nerio conueniunt.

MATTHIOLI.

Ad uomicas nuces.

Butyrum a uomitu copiosè deuoratum.

Vinum meracum copiosum addito pipere, pyrethro, lauri baccis, cinnamomo, & castoreo à uomitu epotum.

Ea omnia quæ opii noxam superant.

MATTHIOLI.

Ad sanguinem menstruum.

Margaritæ drachmæ pondere ex aqua melissophylli potæ.

Balneum tepentis aquæ.

Theriaca andromachi drachmę pōdere ex fumariæ aqua quotidie hausta.

Viperei pastilli scrupuli pondere epoti.

MATTHIOLI.

Ad fel leopardi.

Antidota quæ napello epoto, & uipereis morsibus auxiliantur.

Antidotus Auicennæ è lemnia terra. Vide lib.6.com.de taurino sanguine.

MATTHIOLI.

Ad uipereum fel.

Butyrum decoctum potum
Theriaca Andromachi
Mithridatis antidotum
Viperei pastilli.
Antidotum nostrum.
Moschum
Diamoschum
Ambarum
Diaambarum.
} à uomitu sũpta.

Oleum nostrum de scorpionibus, cordi & arteriis sæpe inunctum.

Quinta essentia nostra lib.6.in prefatione descripta.

MATTHIOLI.

Ad canis piscis fel

Butyrum bubulum cum gentianæ radice,

dice,cinnamomo,& leporis coagulo epotum.
Oleum odoratum quodlibet corpori uniuerſo illitum.

MATTHIOLI.

Ad cati cerebrum.

Terra lemnia ex oleo pota, & uomitione reiecta ſemel in ſeptimana.
Diamoſchum quotidie ſumptum horis quatuor ante cibum.
Moſchum per ſeſe ſemiſcrupuli pōdere ex uino pluries epotum.

MATTHIOLI.

Ad uenenum caudæ cerui.

Butyrum bubulum potum,& uomitione reiectum.
Smeragdi puluis ſemiſcrupuli pōdere à uomitu ex uino epotus.
Piſtacia,& pōticæ nuces in cibis largius deuoratæ.
Oleum è citri ſemine preſſum toti corpori illitum.
Oleum noſtrum de ſcorpionibus cordi & arteriis inunctum.
Antidotum noſtrum magnum in præfatione lib. 6. deſcriptum.

MATTHIOLI.

Ad quadrupedum quorumcunq; ſudorem.

Butyrum ſiue oleum potum, & uomitione reiectum.
Vinum cum roſaceo a citata uomitione epotum.
Rhabarbarum ſemidrachmæ pondere ſumptum addito foſsitii ſalis momento.
Theriaca ex terra lemnia Auicennę.

MATTHIOLI.

Ad caſtorenm malum.

Butyrum bubulum Aqua mulſa	pota & uomitione reiecta.
Diamoron Limonum ſuccus Citri mali ſuccus	à uomitu cum ſaccharo potus.

Coriandri ſemen toſtum duarum drachmarum pondere hauſtum.

MATTHIOLI.

Ad plumbi ſcobem.

Antidota omnia quæ ad argenti ſpumam faciunt.

MAT-

MATTHIOLI.

Ad ferri ſcobem, & ſcoriam

Lac recenter mulſum epotum.
Medicamenta ualenter aluum ſoluentia ab epoto lacte ſumpta.
Butyrum tam diu datum quouſq; inteſtinorum dolores cedant.

MATTHIOLI.

Ad lapidem magnetem.

Auri ſcobes in tenuiſſimum puluerem trita, & epota.
Smeragdi puluis potus nouem diebus.
Lac, & amygdalinum oleum clyſtere infuſum.

MATTHIOLI.

Ad æris ſquamam

Mulſa pota, & uomitione reiecta.
Balneũ ex hyrcorum capita & cochlearum iure paratum.
Menthæ ſuccus potui datus.
Roſaceum calidum uentriculo inunctum.
Acori radices trium drachmarum pondere bibitæ.

Lemnia terra drachmæ pondere ex uino hausta.

Corallium rubrum drachmarum duarũ pondere ex uino ebibitum.

MATTHIOLI.

Ad æruginem.

Medicamenta, & antidota omnia quæ ad æris squamam conferunt.

MATTHIOLI.

Ad risagallum.

Medicamenta,& antidota omnia quę argenti uiui sublimati,arsenici, & æruginis noxæ aduersantur.

Amygdalinũ oleum toti corpori illitũ.

Violaceum iulapium ex ptissana hordeacea epotum.

Oleum è pineis nucleis, & Indica nuce pressum selibrę pondere potum.

Antidota omnia, quę cantharidibus cõueniunt.

MATTHIOLI.

Ad elleborum album.

Mulsa cum butyro pota,& uomitione reiecta

Nym-

Nympheæ flores duarum drachmarum pondere potæ.
Theriaca Andromachi.

MATTHIOLI.

Ad elleborum nigrum.

Abſinthium uino potum.
Aniſi ſemen ebibitum.
Nardus Indica unà cum caſtoreo pota

Caſeus recens. Mel. Butyrum. Pinguia. Paſſum.	in cibis ſumpta.

Lemnia terra hauſta.
Theriaca Andromachi.

MATTHIOLI.

Ad euphorbium.

Butyrum hauſtum.
Oleum amygdalinum.
Pinguia omnia.

Aqua	Solani hortenſis Violarum Nympheæ	epota
Seminis	Maluæ Altheæ Pſyllii	mucago pota

Cydo-

|Cydoniorũ malorũ|
|Lini|
ac acidum.
Caphura ex aqua rosacea bibita.
Punicorum malorum uinũ.]

Anguria	glacie refri gerata & in sumpta.
Cucumis	
Cucurbita	
Malorum acidorum succus	
Ptissana hordeacea	

Citri semen ex uino helenii potum.

MATTHIOLI.

Ad turpetum, & tithymalos.

Antidota omnia quæ ad euphorbium faciunt.
Theriaca Andromachi ex uino pota in quo Cretense dictamnum incoctum fuerit.
Mumia sepulchrorum drachmæ pondere ex meraco hausta.

MATTHIOLI.

Ad scamonium.

Lac a quo demptum fuerit butyrum epotum.
Cotoneorum malorum succus ebibitus.

Ribis

Rhis ſuccus epotus.
Ribis uulgaris uinum hauſtum.

MATTHIOLI.

Ad colocinthydem.

Antidota omnia ad Euphorbium facien-
tia.
Bubulum lac,& butyrum recens potum
Lemnia terra frequenter pota.
Smeragdi puluis pluries hauſtus.
Theriaca Andromachi deuorata.

MATTHIOLI.

Ad cyclaminum.

Lauri baccæ duarum drachmarum pon-
dere potæ
Gentiana hauſta
Nigrum piper in potu ſumptum.
Theriaca
Lemnia terra.

MATTHIOLI.

Ad thymelæam.& chamelæam

Antidota omnia quæ ad euphorbium
faciunt.
Theriaca Andromachi.

Lemni-

Lemnia terra
Rosaceum serapium ex hordei ptissana epotnm.
Origanum tostum potum.

MATTHIOLI.

Ad bryoniam.

Antidota omnia, quę ad euphorbium conueniunt.
Theriaca ex uino hausta in quo helenium incoctum fuerit.

MATTHIOLI.

Ad elaterium.

Theriaca Andromachi ex baccarũ lauri decocto, aut melle drachmarũ duarum pondere pota.
Menthæ succus haustus.

MATTHIOLI.

Ad aquam frigidam.

Piper epotum.
Creticum uinum ebibitum.
Antidotum nostrum.
Quinta essentia nostra.

MATTHIOLI.

Ad uini læsiones.

Vomitus excitatio
Brassicæ succus haustus.
Acetum testiculis adhibitum.

MATTHIOLI.

Ad carnes, & pisces refrigeratos.

Ea quæ ad maleficos fungos ualent.
Vini optimi, & odorati potus admisto cydoniorum succo.
Lemnia terra cum agallocho, & mastiche hausta

SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATES, QVAE CORPORI DECOrem præſtant ex Dioſcoride

Decoris.

DIOSCORIDIS.

Ad alopeciam.



MYRRHA cum ladano & uino myrteo illita.

Harundinum corticũ cinis ex aceto inunctus.

Ladanum cum uino, & myrteo oleo admotum.

Myrti baccarum ſuccus illitus

Nucum Iuglãdium putamen combuſtũ, tritumq́;, & impoſitum.

Nucum auellanarũ crematarum cinis ex urſino adipe perunctus.

Erinacei terreſtris corii cinis ex liquida pice illitus.

Murium ſtercus combuſtum ex aceto.
Vrſinus adeps illitus.
Caprarum fimus ex aceto.
Raphanus tritus ex loliacea farina ad-
motus.
Baſsica cum ſale confricata.
Betæ recentia folia cruda illita.
Aſphodeli radicum cinis impoſitus.
Cæpa confricata.
Allii cinis ex melle illitus.
Sinapi illitum.
Naſturtium confricatum.
Cyclamini ſuccus inunctus.
Ranunculi folia, & radices illitæ, parto
temporis ſpatio.
Aloe ex uino.
Abrotani cinis ex raphani ſucco, aut c
cino oleo.
Laſerpitii liquor cum pipere ex aceto.
Nympheę radix ex pice.
Cynogloſſæ folia ex uetere ſuillo adi
pe.
Adiantum illitum cum ſaſino aut myr
tino oleo, aut hyſſodo, aut uino.
Thapſiæ ſuccus inunctus.
Rubigo ferri illita.
Sandaracha ex reſina.
Alcyonium tritum exuſtum inunctu
Cotes naxia illita.
Hippocampi cremati cinis ex liquida p
ce, aut axungia, aut amaracino u
guento.

Caprarum

Caprarum ungularum cinis ex aceto in unctus.

MATTHIOLI.

Conorum cupressi,& mulorum unguiũ cinis oleo myrtino exceptus, & illitus.
Vlmi radicum decoctarum mucago illita.
Persici nuclei contusi.
Abrotoni cinis cum oleo raphanino aut sicyonio illitus.
Lilii radix ex adipe & oleo.
Oleum e colocynthide illitum.

MATTHIOLI.

Ad capillorum defluuium.

Conorum cupresi,& mulorum unguiũ cinis ex myrtino oleo illitus.
Vlmorum radicum mucago illita.
Humor defluens è medulla dissectæ tiliæ.
Ladanum inunctum
Syluestris oliuæ oleum.
Rhois foliorum decoctum ex lixiuio paratum.
Viperinæ senectæ cinis inspersus.
Murium stercus ex aceto illitum.
Cæpa affricta.

Abrotani cinis cum oleo ueteri, aut len-
tiſcino inunctus.
Oleum è colocynthide illitum.
Myrti baccarum uinum illitum.
Myrobalana omnia, & præſertim flaua
quouis modo uſurpata.

DIOSCORIDIS.

Ad pilos auellendos.

Oleum in quo decocta fuerit ſcolopen-
dra marina inunctum.
Lepus marinus per ſe, & cum marina ur-
tica tritus, & appoſitus.
Salamandræ cinis ex oleo.
Hederæ lachrima illita.
Dryopteris radix trita, & poſt ſudorem
inuncta.
Aqua è uiridibus uitium ſarmẽtis igne
incenſis emanans admota.
Auripigmentum illitum.
Cyperus Babilonicus illitus.

MATTHIOLI.

Ad pilos retardandos.

Oleum hyoſcyaminum
Cicutæ ſuccus } inuncta.
Hyoſcyami ſuccus

DIOSCORIDIS.

Ad capitis furfures.

Salicis foliorum, & corticis decoctum in lotionibus.
Myrti baccaum ſuccus illitus.
Fel taurinum cum nitro, & cimolia inunctum.
Humana urina inueterata admota.
Adiantum in lixiuio decoctum.
Fęnumgræcum in lotionibus.
Malua ex urina humana.
Betæ decoctum admotum
Allii cinis ex melle
Bulbi cum cremato nitro illiti.
Lilii cremata radix ex melle peruncta.
Alumen cum eruo ex pice.

MATTHIOLI.

Euonymi baccę in lixiuino.
Syluestris oliuę oleum.
Pomata illita.
Oleum amygdalarum amararum.
Lupini farina confricata.

DIOSCORIDIS.

Ad rufandos capillos.

Liguſtri folia trita, & in radiculæ ſucco

macerata, & illita.
Lycium illitum.
Loti ligni decoctũ in lotionib⁹ admotũ
Vini fęx cremata ex lentiſcino oleo tota nocte illita.

MATTHIOLI.

Ad criſpandos capillos.

Aſphodeli radices deraſo capiti affrictę
Caſtanearum echinorum cinis deraſo capiti ex melle illitus.

DIOSCORIDIS.

Ad denigrandos capillos.

Cupreſſi folia trita ex aceto adhibita.
Rhois decoctum admotum.
Mori folia trita ex aceto impoſita
Gallæ aceto aut aqua maceratæ illitæ.
Palmæ corticis decoctum admotum, & ſubinde deterſum.
Myrti foliorũ decoctum in lotionibus.
Acaciæ ſuccus illitus.
Ilignæ radicis cortex ex aqua coctus do nec mollitus contabeſcat, tota nocte illitus.
Hederæ corymbi illiti.
Saluię decoctum ſæpius inſperſum.
Rubi folia admota.

Sory illitum.

MATTHIOLI.

Eruinæ siliquæ priusquã indurescãt aut cũ sale suisq; foliis contritæ & illitę.
Oleum è colocyntidis fructu illitum.
Ophrys in capitis perfusionibus addita.

DIOSCORIDIS.

Ad pediculos & lendes necandos.

Cedria illita.
Myricę decoctum perfusum.
Mel inunctum capiti.
Betæ decoctum perfusum.
Allium cum origani decoctum potum.
Hederæ lachryma illita.
Staphis agria admota.
Sandaracha ex oleo inuncta.
Alumen ex aqua.

MATTHIOLI.

Euonymi baccæ in lixiuio coctæ.
Hederæ gummi illitum.
Hyssopum cum oleo inunctum.
Albi ueratri radix in lixiuio decocta
Argentum uiuum extinctum,& cum butyro inunctum.

Piper in puluerem tritum,& ex saliua il litum.

DIOSCORIDIS.

Ad prohibendam solis adustionem.

Albumen oui inunctum.
Cyclamini succus inunctus.

MATTHIOLI.

Meloponis. }
Augurię. } pulpa illita.

Seminis. [Maluæ / Althęæ / Psyllii / Cydoniorũ malorum] mucago illita ex recenti butyro.

Vlmi folliculorum liquor inunctus.
Vuæ præmaturæ succus illitus.

MATTHIOLI.

Ad remorandam canitiem

Syluestris oliuæ oleum inunctum.

DIOSCORIDIS.

Ad faciei nitorem

Vlmi liquor in folliculis cõtẽtus illitus

Masti-

Mastiche illita.
Lupinorum farina illita
Raparum sylueſtrium ſemen admotum
Peponis ſuccus cum eius ſemine, & farina in ſole ſiccatus, & inunctus.
Polygonatum illitum.
Glans unguentaria ex urina illita.
Ricini ſemen impoſitum.
Vitis syluestris acini illiti.
Argenti ſpuma elota inuncta.
Alcyonium primum, & ſecundum admotum.
Chia terra impoſita.
Crocodili terreſtris fimus illitus.

MATTHIOLI.

Caphura cirumlitionibus addita.
Eadem cumchryſocolla trita,& ex melle illita.
E limoniorum ſucco ſtillatitia aqua illita.
Cochlearum terreſtriū ſtillatitia aqua illita.
Fabacea farina admota.
Aqua ſtillatitia ex phaſiolis, & quibuſdam aliis,uide in phaſiolorum commentario lib.2.cap.101.
Lupini decoctum perfuſum.
Aqua ſtillatitia ex melopeponibus & aliis multis uide li.2.ca.128.in cōm.

Ari radicum ſtillatitia aqua, uel earum ſuccus inſolatus, & cum eiuſdem ari ſtillatitia aqua illitus.
Primulæueris florum ſuccus illitus.
Verbaſci florum, & polygonati radicum dilutum per elambicum diſtillatum

DIOSCORIDIS.

Ad colorem conciliandum.

Cicer in cibis ſumptum.
Agaricum drachmæ pondere potum.
Hyſſopum manducatum bibitumve.
Chia terra illita.
Ceraſi gummi illitum.
Caricæ in cibis ſumptę.

MATTHIOLI.

Ad puſtulas ſanguineas.

Caphura uncię pondere cum pari ſulphuris portione trita, additis myrrhę, thuriſq; cuiuſque quaternis drachmis,& aquę roſarum libra in uitreo uaſe per dies decem inſolata, & deinde illita.

Fraxini

Fraxini ſtillatitia aqua.
Tamarindorum pulpa deuorata frequenter.
Vinum e fragis illitum.
Verbaſci florum ſtillatitia aqua addito caphuræ momento.

DIOSCORIDIS.

Ad faciem derugandam.

Cacaliæ grana poſt excuſſum florem prodeuntia trita, & cum cerato illita.
Bryonię radix cum eruo, creta chia, & fœnogræco illita.
Chia terra admota.

MATTHIOLI.

Myrrhæ oleum frequenter illitum.
Myrrha ſuffita ex candenti patella.
Conorum pineorum recentium ſtillatitia aqua faciei admota.
Ari radicum ſtillatitia aqua illita uel inſolatus ex radicibus ſuccus.
Primulæ ueris florum ſuccus illitus.
Verbaſci florum, & polygonati radicum ſtillatitia aqua addito limonio ſucco.

DIOSCORIDIS.

Ad cutis uitia in facie.

Sabinæ decoctum perfusum.
Conchulæ Indicæ cinis admotus.
Glans unguentaria trita ex urina.
Cancrorum fluuiatilium cinis illitus.
Narcissi radix cum semine urticæ ex aceto.
Ricini semen admotum.
Vitis syluestris acini illiti.
Cinnamomum ex melle.
Costi radix cum aqua uel melle illita.
Bryoniæ radix per se, & cum eruo, creta chia,& fœnogreco admota.
Alcyoniũ primũ,& secũdum impositũ.

MATTHIOLI.

Resinę laricеæ,aut terebinthinæ stillatitia aqua, addito oleo e uini fæce parato.
Pomata illita.
Aqua e succo limoniorum parata uitreo alembico.
Oleum ex ouorum uitellis.
Oleum e tritico.
Auenæ farina in aceto decocta.
Fabacea farina.
Lupini decoctum affusum.
Rapi syluestris semen illitum.

Lapa-

Lapathi acuti aqua ſtillatitia, & quorun dam aliorum, vide lib.2. cap.108.in comment.
Erucæ ſemen cum melle inunctum.
Sinapi aqua ſubactum,& cuti affrictum.
Dracunculi radix contuſa, & illita.
Boni Henrici ſuccus cum aceto illitus.
Ari radics ſtillatitia aqua uel inſolatus earum ſuccus illitus.
Gentianæ ſtillatitia aqua illita.
Pſeudomelanthii ſemen in farinam tritum,& melle illitum.
Scabioſę ſuccus cum chryſocollæ farina,& caphuræ momento illitus.
Vinum quod è fragis elicitur.
Primulæ ueris florum ſuccus illitus.
Verbaſci florum ſtillatitia aqua.
Lupuli florum, & folliculorum decoctum epotum.

DIOSCORIDIS.

Ad ionthos, & varos.

Myrrha illita cum melle & caſsia odorata.
Porri folia cum rhoe obſoniorum,admota.
Cæpæ ſuccus cum ſale appoſitus.
Bulbi per ſe,& ex oui uitello.
Pulegium ex cera.
Sory ex aqua.

Alcyonium

Alcyonium primum, & ſecundum admotum.

MATTHIOLI.

Aqua è ſucco limoniorum uitreo alembico parata.
Aqua e lapathi acuti radicibus & aliis nonnullis parata, uide lib. 2 . cap. 108. in comment.
Centaurii maioris decoctum adhibitũ.
Scabioſæ ſuccus cum chryſocollæ farina & caphurę momento illitus.

DIOSCORIDIS.

Ad cutis faciei uitia a ſole contracta.

Iridis Illyricæ radix cum elleboro admota.
Cinnamomum ex melle.
Coſti radix cum aqua, uel melle illita.
Amygdalę amaræ radicum tritarum decoctum adhibitum.
Fici lac inunctum.
Cochlearum tum caro, tum teſta ſimul cremata & melle.
Leporinus ſanguis inunctus.
Sepię crematę cinis admotus.

Lini ſemen illitum.
Orobi farina impoſita.
Siſymbrium inunctum.
Bulbi cremati cum alcyonio impoſiti.
Hederæ decocta folia ex uino.
Chamæleonis nigri radix.
Alyſſum conciſum ex melle.
Melia terra inuncta.
Cyclamini ſuccus illitus.

MATTHIOLI.

Thus cum lacte illitum.
Melopeponum. } pulpa illita.
Anguriæ. }
Vuę immaturæ ſuccus ex lacte humano illitus.

DIOSCORIDIS.

Ad lentigines delendas.

Iridis Illiricæ radix cum albo ueratro admota.
Caſsia ex melle illita.
Sanguis leporinus calens inunctus.
Tritici farina ex aceto mulſo.
Raphanus cum loliacea farina admotus.
Braſsicæ ſemen inſperſum.
Syſymbrium tritum, & impoſitum.
Allii cinis ex melle.

Dracunculi maioris radix ex melle.
Bulbi ex melle,& aceto.
Nigella confricata.
Galbanum cum nitro,& aceto.
Alyssum concisum ex melle.
Narcissi radix cum urticę semine ex aceto.
Ricini semen illitum.
Vitis syluestris acini liniti.
Bryoniæ radix cum eruo, fœnogręco & creta chia.
Adarces imposita.

MATTHIOLI.

Laricеæ resinę stillatitia aqua addito oleo ex uini fæce parato.
Nux myristica illita.
Mustellæ fel ex melle, & ari farina illitum.
Oleum ex ouorum uitellis.
Rapi syluestris semen.
Hordei farina ex aceto, & melle subacta.
Auenę farina in aceto decocta & illita.
Fœnogræci farina cum sulphure, & nitro apposita.
Fabacea farina.
Lupinorum decoctum affusum.
Sii succus illitus.
Aqua stillatitia è lapathi acuti radicibus,& aliorum nonnullis,uide lib.2. cap.

cap. 108. in commentario.
Melopeponum pulpa affricta.
Dracunculi radix illita.
Ari radix elixa cum fabacea farina defruto subacta.
Gentianæ stillatitia aqua illita.
Centaurii minoris succus aut decoctũ.
Menthæ grecæ succus illitus.
Pseudomelanthii seminis farina ex melle illita.
Securidacæ utriusq; seminis farina ex melle.
Scabiosæ succus cum chrysocolle farina, & caphure momento.
Xyridis succus illitus.
Verbasci florum stillatitia aqua.
Lupuli florum decoctum epotum.
Scrophæ lac perfusum, & plena manu illitum.

DIOSCORIDIS.

Ad næuos.

Alcyonium illitum.

MATTHIOLI.

Auenæ farina in aceto decocta, & illita.
Lupinorum decoctum affusum.
Centauri minoris decoctum.

Argenti ſpuma ex aceto, decocta, & illita.

DIOSCORIDIS.

Ad totius corporis nitorem.

Maſtiche inſperſa.
Vlmi liquor in folliculis concluſus illitus.
Butyrum inunctum.
Crocodili terreſtris fimum illitum
Peponis ſuccus cum eriui ſemine, & farina in ſole ſiccatus ex aqua.
Bryoniæ radix inuncta.
Cyclamini ſuccus inunctus.

MATTHIOLI.

Caphura illita.
Fabacea farina.
Aqua è uulnerato betulę caudice diſtillans illita.
Aqua è limoniorum ſucco parata uitreo alembico.
Fabarum ſtillatitia aqua, uide libr. 2. cap. 101. in comment.
Sinapi aqua ſubactum, & cuti affrictũ.
Ari radicum ſtillatitia aqua, uel inſolatus earum ſuccus.
Gentianę aqua ſtillatitia.
Verbaſci florum ſtillatitia aqua.

DIOS-

DIOSCORIDIS.

Ad cicatrices delendas.

Asininus adeps inunctus.
Fabarum farina cataplasmatis indita.
Ranunculi folia, & radices illitę.
Calamintha ex uino decocta admota.
Cucumeris syluestris radix trita, & insperſa.
Glans unguentaria cocta in aceto cum nitro adhibita.
Bryoniæ radix cum eruo, creta chia, & fœnogræco admota.
Chrysocolla illita.
Alcyoniũ primum, & ſecũdum inunctũ.

MATTHIOLI.

Erucę ſemen tritum cum felle bubulo illitum.
Ceruina medulla.
Opobalſamum.
Oleum myrrhę.
Oui recentis dum aſſatur ſudor.
Caphura cum chryſocolla trita, & medulla bubula illita.

DIOSCORIDIS.

Ad uitiligines.

Cochlearum terreſtrium teſtæ crematæ & illitæ.

Leporinus

Leporinus ſanguis inunctus.
Sæpiæ crematę cinis admotus.
Fabarum farina inſperſa.
Lupinorum farina impoſita
Betę cruda folia illita.
Condryllę radix, & folia ex melle, & nitro trita ex aqua.
Dracunculi maioris radix ex melle.
Aſphodeli radicis ſuccus inunctus cōfricata prius ſub ſole cute.
Cæpæ ſuccus in ſole inunctus.
Allii cinis ex melle.
Piper cum nitro impoſitum.
Capparis radix trita ex aceto.
Argemone ſiccata, tuſaq; cum nitro & uiuo ſulphure admota.
Telephii folia cum hordeacea farina ex hydręleo ſex horis admota.
Gentianę radicis ſuccus inunctus.
Chamęleonis nigri radix cum ſulphure illita.
Ruta cum uino, pipere, nitroq; confricata.
Libanotis ſemen ex acerrimo aceto.
Lilii cremata radix ex melle.
Nympheę radix ex aqua.
Rubię radix ex aceto.
Althæę ſemen tum recens tum ſiccum tritum ex aceto in ſole inunctum.
Anchuſæ radix ex aceto.
Narcyſsi radix cum urticæ ſemine ex aceto.

Bryonia

ryonia cum cruo, creta chia, & fœno-
greco illita.
lans unguentaria in aceto decocta
cum nitro imposita.
ucumeris syluestris radix trita, & in-
spersa.
icini semen illitum.
eratrum nigrum ex aceto.
ulphur quoquo modo admotum.
lcyonium primũ, & secundũ, admotũ.

MATTHIOLI.

Conorum cupressi decoctum affusum.
amarindorũ pulpa in potionibus ad-
dita.
Aqua è limoniorum succo parata ui-
treo alembico.
Oleum ex ouorum uitellis.
Lupinorum decoctum.
Rapi syluestris semen.
Aqua è lapathi acuti radicibus, & aliis
nonnullis, uide lib. 2. cap. 108. in com
ment.
Ari radix elixa cum fabacea farina de-
fruto subacta illita.
Mentha greca adhibita.
Chamæleonis nigri radix cum aceto
trita, & illita.
Securidacæ utriusq; seminis farina mel
le excepta.
Scabiosæ succus addito chrysocollæ, &
caphuræ momento.

[Xyridis

Xyridis ſuccus illitus.
Verbaſci florum ſtillatitia aqua.
Lupuli florum decoctum epotum.

DIOSCORIDIS.

Ad lychenas, & impetigines.

Pini, & piceæ cortex illitus.
Lentiſci foliorum decoctum fotu adhibitum.
Cupreſsi folia cum polenta illita.
Rhammi folia admota.
Lignorum marcor inſperſus.
Naſturtii ſemen admotum.
Rhaponticum ex aceto illitum.
Veratrum nigrum ex aceto illitum.
Glans unguẽtaria cum lotio impoſita.
Vitis uiniferæ gummi cum nitro illitũ loco tamen prius perfricato.
Sulphur ex terebinthina reſina.
Sal ex oleo, & aceto perfrictum.
Alcyonium primum, & ſecundum impoſitum.
Adarces illita.
Pix liquida inuncta.
Thus inſperſum.
Aethyopicę oleæ lachryma inuncta.
Pruni arboris gummi illitum.
Ficulneum lac cum polenta illitum.
Mel cum alumine decoctum illitum.
Propolis inuncta.
Triticeus recens panis ex muria.

Loliacea farina cum sulphure ex uino.
Cicer cum hordeo ex melle.
Lapathi cuiusq; radices in aceto decoctæ loco prius scarificato, & nitro confricato, appositæ.
Nasturtium ex melle impositum.
Allii cinis ex melle illitus.
Sinapi ex aceto illitum.
Chamæleonis nigri radix ex aceto cocta, & inuncta.
Ruta cum alumine ex melle.
Laserpitii liquor ex aceto.
Glutinum in aceto solutum inunctum
Cucumeris syluestris radix trita & inspersa.
Tithymali characiæ lac illitum.
Bryoniæ radix cum eruo, creta chia, & fœnogræco illita.
Aqua maris fotu adhibita.

MATTHIOLI.

Pix cum melle illita.
Tamarindorum pulpa frequenter deuorata.
Oleum ex ouorum uitellis inunctum.
Rapi syluestris semen.
Saluia humana affricta a ieiunis.
Aqua è lapathi acuti radicibus, & aliis nonnullis, uide lib.2.c.108.in comment.
Plantaginis recentia folia trita, & illita,

Aſphodeli radix ex aceto decocta, & impoſita.
Gentianæ ſtillatitia aqua fotu uſurpata.
Mentha illita.
Menthę gręcę ſuccus impoſitus.
Marrubii folia ex aceto.
Sacuridacæ utriuſq; ſeminis farina ex melle illita.
Scabioſę maioris radices decoctæ, & potæ quadraginta diebus, & earundem radicum puluis quotidie drachmæ pondere ex ſero hauſtus.
Xyridis ſuccus illitus.
Lupulorum decoctum ebibitum.
Elebori nigri dilutum epotum.

DIOSCORIDIS.

Ad papulas.

Lac omne potum cum crudo melle admixta aqua,& exiguo ſale.
Serum lactis potum.
Acetum applicatum.
Butyrum illitum.
Vrina humana inueterata adhibita.
Lupinorum farina admota.
Cyclamini ſuccus adhibitus.
Pulegii decoctum corpori perfuſum.
Ruta cum cera & myrteo oleo cataplasmatis indita.

Staphis agria illita.
Glans unguentaria cum lotio linita.
Rubigo ferri illita.
Alumen cum melle adhibitum.
Cinnabaris, ideſt, ſanguis draconis adhibitus.
Fornaceæ teſtę, toſtę admotę.

DIOSCORIDIS.

Ad alphos & cutis maculas.

Thapſię ſuccus cum melle illitus.
Glans unguentaria cum lotio linita.
Narciſsi radix cum ſemine urticę ex aceto.
Lotus ſylueſtris cum melle perunctus.
Cucumeris ſylueſtris puluerizata radix impoſita.
Ricini ſemen illitum.
Vitis ſylueſtris acini liniti.
Bryonia cum eruo creta chia, & fœnogręco illita.

MATTHIOLI.

Lupinorum decoctum fotu adhibitum.
Rapi ſylueſtris ſemen.
Aqua è lapathi acuti, & aliorum nonnullorum radicibus. uide lib. 2. c. 108. in comment.
Melopeponum pulpa affricta.

Decoris.

Cæpa cruda affricta.
Ari radix elixa, & cum farina fabacea defruto subacta.
Boni Henrici succus ex aceto illitus.
Centauri maioris decoctum fotu adhibitum.
Verbasci florum stillatitia aqua illita.
Lupuli florum decoctum epotum.

DIOSCORIDIS.

Ad psoram.

Staphis agria trita ex oleo illita.
Bryoniæ semen inunctum.
Aqua marina fotu adhibita.
Glans unguentaria in aceto cocta.
Sal illitum.

MATTHIOLI.

Lupinorum decoctum affusum.
Rapi syluestris semen illitum.
Florum, & folliculorum lupuli decoctũ epotum.

DIOSCORIDIS.

Ad scabiem.

Cardamomum ex aceto illitum.
Oleę uirentis, & accensæ sudor manãs illitus.

Ficulneum

Ficulneum lac illitum.
Erinacei marini testa cruda, testave cũ aliis mista, & illita.
Hippocampi marini cremati cinis liquida pice, aut axungia, aut amaracino unguento coactus, & capiti inunctus.
Vrina humana inueterata.
Serum lactis potum.
Cicer cum hordeo, & melle.
Lupinorum farina.
Argemone siccata, tusaq; cum nitro in balneo confricata.
Hirundinaria minor confricata.
Chamęleonis nigri radix addito exiguo atramento sutorio, cedrinoq; liquore, & axũgiæ pauco linita. quin etiam sulphure, & alumine mistis.
Glaus unguentaria cum lotio linita.
Origani decoctum corpori perfusum.
Quinque folii radix decocta linitaq;.
Potamogeton ualet pruritui impositũ.
Lotus syluestris cum melle peruncta.
Veratrum nigrum linitum cum cera, pice, & cedrino oleo.
Stimmi cum cera, & exigua cerussa.
Alumen cum aqua aspersum aduersus pruritum.

MATTHIOLI.

Terebinthina resina illita.
Iuniperi cinis lixiuium e uino paratũ
Oliuę syluestris oleum.

Aqua in marceſcentium quercuum caui tatibus reperta.

Tamarindorum pulpa frequenter deuorata.

Poma Adami ꝑ mediũ ſecta ſulphuris pulueris aſperſa, ſubq; calenti cinere calefacta, & ſcabioſis mẽbris affricta.

Nucum iuglandium oleum uetus.

Fœnogræci farina cum naſturtii ſemine aceto excepta.

Aſphodeli radices ex aceto elixę, & illitæ.

Senę decoctum, uel dilutum hauſtum.

Scabioſæ decoctum, & eius ſuccus in unguentis additum.

Xyridis ſuccus illitus.

Eupatorii uulgaris, & fumarię e caprino ſero decoctum potum.

Eupatorii eiuſdem ſuccus cum aceto, & ſale.

Borraginis, uulgariſq; bugloſsi decoctũ ex uino, aut aqua paratum hauſtum.

Bugloſsi uulgaris radix trita, & ex aceto illita.

Lupulorum florum, & folliculorum decoctum epotum.

Ellebori nigri dilutum ebibitum.

DIOSCORIDIS.

Ad lepram Græcorum.

Fel taurinũ cum nitro, & cimolia terra.

Vrina humana addito nitro fota.

Iuniperi cortex crematus, ex aqua illitus.

Fraxini cortex crematus ex aqua.

Vlmi folia concisa ex aceto.

Aethiopicæ oleę lachryma illita.

Resina { Terebinthina, Larigna., Abiegna. } cum ærugine chalcãtho, & nitro illita.

Ficulneum lac cum polenta

Triticei furfures ex acerrimo aceto elixi.

Hordei farina ex aceto acerrimo, & hydreleo.

Lolii farina cum sulphure ex uino, & aceto.

Lapathi cuiusq; radices loco prius scarificato, & nitro confricato admotæ.

Brassica concisa cum polenta adhibita.

Veratrum nigrum ex aceto.

Allii cinis ex melle.

Sinapi ex aceto.

Bryoniæ semen illitum.

Nasturtium ex mellę.

Anchusę radix ex aceto.

Ranunculi folia, & radices appositæ.

Melanthii semen admotum.

Cucumeris agrestis radix in puluerem aspersa.

Glãs unguẽtaria cocta ĩ aceto cũ nitro.

Thapsiæ succus inunctus.

Scammonia in aceto decocta illita.

Vitis uiniferæ gummi admotum, loco tamen prius nitro perfricto.
Aerugo cum nitro ex terebinthina resina
Alumen cum braſsica, & melle coctũ.
Sulphur ex reſina terebinthina, & aceto.
Sal ex oleo, & aceto ferueſactum.
Alcyonium primum, & ſecũdum illitũ.
Adarces impoſita.
Melia terra illita.

MATTHIOLI.

Tamarindorum pulpa frequenter deuorata.
Chamæleonis nigri radix ex aceto trita, & illita.
Ellebori nigri dilutum bibitum.
Senæ foliorum dilutum potum.
Polipodii radicum decoctum hauſtum.
Fumariȩ ſuccus ex ſero caprino diutius epotus.
Viperæ paſtilli ex meliſſophylli ſucco inſumpti.
Myrobalonorũ nigrorũ chebulorumq; decoctum pluribus diebus hauſtum.

MATTHIOLI.

Ad morbum gallicum.

Myricæ radicum decoctum potum.

Guaiacum lignum,& eius decoctum.
Guaiaci uinum, quære lib.1.comment. de ebeno.

Radicis. { Chinæ / Zarzę parillę } decoctũ potum.

Buxi ligni decoctum.
Pruni ſylueſtris rad.decoctum, & non nullorum aliorum ad eos qui oris exulceratione laborant, Vide libro primo comment.de pruno.
Aſarinæ decoctum potum.
Eryngii nouellorum foliorum ſtillatitia aqua pota.
Dictamni albi radices quotidie drachmæ põdere ex guaiaci decocto potę.
Aſpleni decoctum ebibitum.

MATTHIOLI.

Ad obeſos extenuandos.

Cancamum potum.
Fraxini ſemen.
Acetum frequenter potum.

DIOSCORIDIS.

Ad pruritum.

Ficulneum lac admotum cum polenta.
Sulphur ex nitro.
Sal ex oleo,& aceto perfrictum.
Alumen cum aqua aſperſum.

MATTHIOLI.

Beta nigra in aqua decocta,& illita.
Boni Henrici ſuccus ex aceto illitus.
Senæ decoctum,uel dilutum potum.
Eupatorii uulgaris , & fumarię decoctum potum.
Lupuli florum , & folliculorum decoctum epotum.
Serum lactis haſtum.

DIOSCORIDIS.

Ad elephantiaſim.

Erinacei terreſtris exiccatum corpus in cibis ſumptum.
Cedria inuncta.
Coclearum terreſtrium cinis illitus.
Salamandra aliis frequentibus medicamentis admixta.
Fel. { Caprę ſylueſtris. / Hircinum. } inunctum.
Calamintha in cibis ſero lactis ſuperpoſito.

MATTHIOLI.

Myricę radicum decoctum,& cum paſſis uuis epotum.
Viperina caro deuorata.
Viperei paſtilli inſumpti.

Veronica mas.
Eupatorii uulgaris,& fumarię ſuccus ſimul hauſtus.
Ellebori nigri dilutum ebibitum.

DIOSCORIDIS.

Ad alarum tædia.

Myrrha cum liquido alumine illita.
Myrti foliorum arentium farina inſperſa.
Cardui radix cataplaſmatis more adhibita.
Alumen linitum.

MATTHIOLI.

Aſphodeli radices cum hyoſcyamo ferueſactę,pice liquida exceptę, & illitę.
Alumen ex uino affrictum.
Abſinthium recens appoſitum.

DIOSCORIDIS.

Ad clauos, callos,& uerrucas.

Salicis corticis cinis admiſto acceto maceratus,& illitus.
Smaridis piſcis ſaliti crematum caput.

Lacertę concisum caput.
Ouillum fimum ex aceto.
Mel cum alumine decoctum.
Cicerum grana tot accipe quot sunt porri,& singulis granis singulas tangę uerrucas, deinde liga grana cicerum in linteolo,& post tergum proiice, & hoc non fiat nisi noua luna.
Heliotropii semen linitum.
Scilla cremata peruncta.
Ranunculi folia,& radices.
Dipsaci radix in uino decocta tusa, & imposita.
Nigella ex uetere urina imposita loco prius scarificato.
Laserpitii liquor cera præmollitus impositus scarificationę prius facta.
Clinopodium diebus aliquot potum.
Chamæsyces rami triti,& impositi.
Vitis sarmentorum uiridium incensorum emanans aqua illita.
Aerugo imposita.

MATTHIOLI.

Saligni corticis cinis aceto maceratus, & impositus.
Cicorium uerrucarum in acetario deuoratum.
Eiusdem semen tribus diebus drachmę pondere insumptum ante nocturnum decubitum.

Ranunculus

Ranunculus tritus, & impositus.
Chelidonii maioris succus illitus.
Verbasci succus tam florum, quam foliorum illitus.
Cantharides tritæ, & ex fermento illitæ.

DIOSCORIDIS.

Ad acrochordonas thymos, & myrmecias

Mali punici uinum adhibitum.
Lac ficulneum cum adipe circa adiacentem carnem illitum.
Thus ex aceto, & pice illitum.
Ruta cum pipere, uino, & nitro affricta.
Cicer cum hordeo, & melle.
Ranunculi folia & radices.
Dipsaci radix trita in uino decocta.
Tithimali characię succus, & lac illitum.
Chamæsyces rami triti, & impositi.
Heliotropii semen illitum, Quin & heliotropium minus
Vitium uiniferarum sarmentorũ uiridium incensorum emanans aqua illita.
Sal cum seuo uitulino illitum.

MAT-

MATTHIOLI.

Saligni corticis cinis ex aceto impositus.
Cichorium verrucarium in acetario deuoratum.
Eiusdem semen drachmæ pondere potũ ante nocturnum decubitum.
Ranunculus tritus, & impositus.

DIOSCORIDIS.

Ad labiorum rimas.

Adeps { Anserinus / Gallinaceus } illitus
Lycium admotum.

MATTHIOLI.

Terebinthina, larignaq; resina.
Fagi folia.
Oleum ex ouorum uitellis
Pomata illita.
Oleum è tritico.

DIOSCORIDIS.

Ad sudorem ciendum.

Ferulæ semen ex oleo impositum.
Onobrychis ex oleo inuncta.

Mel Heraclium quodam anni tempore deuoratum
Fici maturæ comesæ
Sinapi in cibum sumptum.

MATTHIOLI.

Succinum album ex uino potum.
Aurantiorum, & limonum florum stillatitia aqua pota.
Quinta essentia nostra in comment. de uino descripta unciæ pondere hausta.

DIOSCORIDIS.

Ad sudorem compescendum.

Bulbi comesti.
Sulphur confricatum.
Gypsum } admota.
Marochtus lapis } admota.
Samia terra } admota.

MATTHIOLI.

Syluestrium oliuarum oleum illitum toti corpori.
Myrteum oleum
Cyperi radicum. } puluis affrictus toti corpori.
Nardi Indicæ } puluis affrictus toti corpori.
Rosarum syluestrium } puluis affrictus toti corpori.

DIOS-

DIOSCORIDIS.

Ad extergendam cutim.

Cyclamini radix inuncta.

MATTHIOLI.

Rapi syluestris semen.
Ari radix elixa cum fabacea farina defruto subacta.
Gentianæ stillatitia aqua.



SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM VIRES,

Quibus exuberantes in corpore humores uomitu, & alui deiectione excernuntur; ex Dioſcoride.

Expellentium medicamentorum.

DIOSCORIDIS.

Ad bilem educendam.



RIS Illyrica drachmarũ ſeptẽ põdere ex hidromelite pota
Thlaſpi ſemen potũ.
Aloe hauſta.
Abſinthiũ potui datũ
Tragorigani decoctũ bibitum.
Lychnidis ſylueſtris ſemen drachmarũ duarum pondere potum.
Androſæmi ſemen duarum drachmarum pondere ſumptum.
Veratrum nigrum per ſe datum, aut ex ſcammonia cum ſalis drachma
Pycnocomi radix duarum drachmarum pondere ex aqua mulſa.

Centaurium minus decoctum deuoratum.

Parthenium ficcatum cum aceto mulſo, aut ſale

Thapſiæ ſuccus in aqua mulſa potus.

Clematidis alterius ſemen tritum potum.

Seſamoides tritum exhibitum.

Cucumeris ſylueſtris radicis ſuccus, & cortex ſeſquioboli pondere bibitus.

Hippophae ſuccus oboli pondere potus.

Ricini triginta grana purgata, trita, & hauſta.

Tithymalorum omnium ſuccus binis obolis in poſca potus.

Mercurialis ius epotum.

Lathyris grana ſex, aut ſeptem cum ficis, aut palmulis in catapotio deuorata.

Peplus in hydromelitis cyatho potus.

Scammonii ſuccus drachmæ unius, aut quaternum obolorum pondere hauſtus ex aqua mulſa uel pura.

Chameleæ folia in catapotiis deuorata cum duabus abſinthii partibus adiecta chamelea una cum hydromelite.

Thymeleæ uiginti granorum pars interna bibita.

Folia { Sambuci / Ebuli } olerum more cocta, & deuorata.

Apios.

Apios.s.inferior radicis pars deuorata.
Empetrum in iure aliquo,aut hydromelite hauſtum.
Filiculæ aridæ farina aqua mulſa inſperſa ebibita.
Cynocrambæ decoctum epotum.
Heliotropii decoctum ex aqua potum.
Agarici drachma una, vel altera cum mulſa bibita
Pityuſæ radix drachmarum duarum põdere cum mulſa hauſta,ſeminis uero drachma;& ſucci cum farina ſubacti cochlearium in catapotio.

MATTHIOLI.

A ſarum,& aſarina.
Caſſię ſolutiuę pulpa.
Manna è ſenę diluto pota.
Spinæ infectoriæ baccæ, & ſirupus ex earum ſucco paratus.
Tamarindorum pulpa
Pruna.
Sebeſtena.
Zyzipha.
Naſturtii ſemen denariorum decẽ pondere ex aqua potum.
Thlaſpi ſemen acetabuli menſura epotum.
Rhabarbarum inſumptum.

Sena
Gratiola
Frangula
Myrobalani flaui } hausta.

DIOSCORIDIS.

Ad pituitam eiiciendam.

Iris Illyrica drachmarum septem pondere ex hydromelite.
Mandragorę succus duorum obolorum pondere potus.
Veratrum nigrum per se datum, uel cũ scammonia cum salis drachma.
Lycii Indici semen cyathi dimidii mensura potum.
Vlmi crassior cortex in uino, aut aqua frigida unciatim potus.
Gallinaceorum senescentium ius Dioscoridis modo paratum haustum.
Cyclamini radix ex hydromelite pota.
Scilla cum melle cocta pota.
Hyssopi decoctum ex aqua, melle, & ruta epotum.
Thymum cum sale, & aceto haustum.
Sphondilii semen potum
Ammoniacum drachmæ pondere potũ
Daphnoides folium recens uel aridum ebibitum.
Hyppophæsti succus trium obolorum pondere ebibitus

Epithy-

Epithymum potum cum melle.
Bryoniæ ſuccus cum aqua mulſa
Cnici ſeminis ſuccus cum mulſo, uel iu re gallinaceo.
Magnes
Cẽtaurii minoris decoctum deuoratũ.
Parthenium ſiccatum cum aceto mulſo aut ſale potum.
Clematidis alterius ſemẽ tritum potũ.
Seſamoides tritum datum.
Cucumeris ſylueſtris radicis ſuccus, & cortex ſeſquioboli pondere bibitus.
Hippophais ſuccus oboli pondere potus.
Ricini grana triginta trita, & epota.
Tithymalorum omnium ſuccus binis obolis in poſca potus.
Lathyris grana ſex, aut ſeptem in catapotio cum ficis aut palmulis deuorata.
Peplus in hydromelitis cyatho epotus
Scammonii ſuccus drachmæ unius, aut quaternum obolorum pondere hauſtus ex aqua pura, uel mulſa.
Chamelæe folia in catapotiis deuorata cum duabus abſinthii partibus adiecta chamelæa una cum hydromelite.
Thymeleæ uiginti granorum pars interior bibita.
Folia [Sambuci / Ebuli] olerum more cocta & deuorata.
Apii inferior pars deuorata.

Empe-

Empetrum in iure aliquo aut hydrome
lite.
Filiculę aridę farina aqua mulsa insper
sa,& hausta.
Cynocrambe decoctum bibitum
Pithyusę radix duarum drachmarum
pondere cum mulsa,& seminis drach
ma, succi uero cum farina subacti co
clearium in catapotio exhibita.
Heliotropii decoctum ex aqua potum.
Agarici drachma una, aut altera cum
mulsa pota

MATTHIOLI.

Iridis radicis succus potus.
Asari decoctum, aut dilutum potum, &
præsertim ex caprillo sero paratum
cum nardo,& hydromelite.
Asarina ex mulsa pota aut oxyme-
lite.
Casliæ solutiuæ pulpa.
Cnicinum oleum potum.
Mumia ex senæ diluto pota.
Spinę infectorię baccę, & earum suc-
cus.
Cyclaminus
Dracunculus.
Agaricum
Rhabarbarum.
Aristolochię utriusq; radix

Cen-

Centaurium minus
Aloe.
Gratiola.
Sena
Myrobalani Chepuli, empelici, & Bellirici
Frangula.

DIOSCORIDIS.

Ad atram bilem pellendam.

Mandragorę ſuccus potus duorum obolorum pondere ex mulſo.
Gallinaceorum ſeneſcentium ius, Dioſcoridis modo paratum, epotum.
Epithymum ex melle hauſtum.
Serum lactis ebibitum.
Origanum ſiccum acetabuli menſura ex mulſa potum.
Pulegium bibitum.
Elleborum nigrum hauſtum.
Spartium epotum.
Alypum menſura epithymo pari cum ſale & aceto ſumptum.

MATTHIOLI.

Sena, & eius decoctum uel dilutum, & uinum ex ea paratum. Vide comment.

ment. eius lib.3.cap.70.
Myrobalani nigri
Ellebori nigri dilutum potum.

DIOSCORIDIS.

Ad uomitum ciendum.

Thlaſpi potum bilem rubeam educit.
Mandragora pota atram bilem.
Thapſię lacteus ſuccus in mulſa epotus.
Tithymalorum ſuccus cum aqua mulſa binis obolis hauſtus.
Apii ſuperior pars deuorata.
Spartii flores, & ſemina in mulſa pota.
Anagyris ſemen commanducatum.
Betonicæ radices ex hydromelite potæ pituitam eiiciunt.
Papaueris ſpumei ſemen in mulſa accetabuli menſura potum.
Staphidis agrię grana quindecim in mulſa propinata.
Silybi radicis drachma pota.
Glans unguentaria cum hydromelite
Narciſsi radix cocta eſta, ſeu pota
Ricini grana triginta hauſta.
Raphani cortex ex aceto mulſo potus.
Tithymalorum omnium ſuccus epotus.
Aes uſtum cum hydromelite potum.

MATTHIOLI.

Napi ſemen ex oxymelite, & tepenti aqua potum.
Atriplicis ſemen potum.
Lathyris ſemen hauſtum.
Aſari radicum puluis ex oxymelite potus
Stibium noſtrum quinq; granorum põdere ex rhodoſaccharo ſumptum.

DIOSCORIDIS.

Ad aquam intercutem educendam.

Cyclamini radix ex hyromelite hauſta
Polii decoctum bibitum.
Hippophæſti ſuccus trium obolorũ pondere potus.
Hippophais ſuccus oboli pondere ſumptus
Ricini grana triginta pota.
Lathyris cuiuſq; grana ſex, aut ſeptem in catapotio cũ ficis aut palmulis deuorata.
Sambuci } folia olerum more cocta & Ebuli } deuorata.
Empetrum in iure aliquo aut hydromelite hauſtum.

Cynocrambe decoctum epotum
Asarum potu sumptum.
Lactucæ syluestris succus in aceto mulso potus.
Trifolii radix drachmarum duarum põdere in uino bibita.
Tithymalorum succus epotus.
Thymelææ uiginti granorum pondere pars interna bibita
Vitis syluestris radix feruefacta in aqua in cyathis duobus nini aqua marina diluti epota.
Squamma æris ex aqua mulsa hausta.
Mercurialis decoctæ ius potum.

MATTHIOLI.

Iridis radicum succus potus.
Persici flores in acetariis deuorati.
Brassicæ marinæ succus cum Rhabarbaro sumptus.
Frangula.
Elaterium bibitum,
Rhabarbarum } in potionibus additis
Agaricum }
Stibium nostrũ deuoratum quinq; granorum pondere.
Turpetum in potionibus adhibitum.

Ad aluum emolliendam, citandamq́;.

Cerasia recentia manducata.
Pruna in cibis sumpta.
Siliquæ deuoratę.
Fici maturæ deglutitæ
Lac ficulneum potum.
Chamarum piscium ius epotum.
Vnguis adoratus ebibitus.
Raphanus comestus.
Beta alba deuorata.
Blitum comestum.
Rumicis cuiusq; decoctum potū, Quin & ipsa herba decocta deuorata.
Malua in cibo sumpta.
Atriplex deuoratum.
Brassica leniter feruefacta comesta.
Lentis decorticatæ decoctum primum haustum.
Asparagorum cauliculi in cibum accepti.
Cucurbitæ integræ, feruefactę expressus succus epotus.
Gingiber quoquo modo sumptum.
Peucedanum potum.
Scillæ siccæ cochlear unum, aut alterum ieiunis propinatum.
Androsæmi semen tritum, & haustum.
Helxines foliorum succus ebibitus.

Papaueris erratici semina acetabuli pondere ex mulsa aqua pota.
Cynoglossi decoctum haustum.
Chamæsices rami decocti, & in cibum sumpti.
Bryoniæ cauliculi recentes cocti, & in cibum sumpti.

MATTHIOLI.

Casiæ solutiuæ pulpa deuorata.
Amygdalinum oleum epotum.
Manna ex iure sumpta.
Laricea resina deglutita.
Pruna Damascena,& Vngarica ex iure,aut uino decocta.
Sebestena iure macerata,deuorata.
Iuglandes cum garo a ieiunis sumptę.
Maluæ folia, uel teneri eius cauliculi decocti, & ex oleo, & aceto deuorati.
Beta alba, & eius succus, eo maxime librę ponderis infusus.
Eiusdem decocta radix sale aspersa & supposita.
Hieracii succus ex posca duorum obolorum pondere.
Senę decoctum, uel dilutum, aut eiusdem uinum. Parandi rationem habes in comment. proprio. libro.3. cap.70.

Bellis recēs in catapotiis deuorata uel ex iure decocta.
Vuæ passæ ante prandium deuoratæ.

FINIS.

MENSVRARVM ET PONderum Typi ad Dioscoridis mentem. Ex Galeno.

In ponderum ratione,

Siliqua, Pendet Chalcum unum
Aegyptia faba, Chalcũ unum & semis
Orobus, Chalcos duos
Obolus, Chalcos tres
Scrupulus, Obolos duos
Drachma, Scrupulos tres
Vncia, Drachmas octo
Acetabulum, Drachmas quindecim
Nux { Regia, Vncias septem
Nux { Pontica, Vnciam unam
Libra, Vncias duodecim
Mina { Medicorum, Vncias sexdecim
Mina { Italica, Vncias decem & octo
Mina { Alexandrina, Vncias uiginti,

DE ARIDORVM MENSVRIS

In aridorum mensuris,

Artaba Aegyptia, continet Modios quinque
Modius Aegyptius & Italicus, Chœnices octo

Medimnus, Hemiecta duodecim
Hemiectum. i. semisextum, Congios duos
Congius, Chœnices quatuor, idest drachmas 720
Chœnix, Heminas 3. Atticas. i. drach. 180
Sextarius, Heminas duas. i. drach. 120
Hemina, Cyathos sex, idest drach. 60
Cheme, Cyathi quartam partem, idest drach. 2. & s.
Cochlear, Scrupulos tres

PONDERVM ET MENSVrarum Liquidorum ratio.

In liquidorum mensuris;

Vini Aceti Aquæ:
- Ceraminum pēdet lib. 80
- Amphora lib. 80
- Vrna lib. 40.
- Congius lib. 10
- Sextarius lib. 1. & uncias 8
- Hemina uncias 10
- Cotyla unc. 10
- Oxybaphus drach. 18
- Acetabulum drach. 18.
- Cyathus drach. 12. & scrupulos 4.
- Cheme drach. 3. & scru. 1.

Cera-

Olei.

Ceramium pendet lib.72.
Amphora lib.72.
Vrna lib.36.
Congius lib.9.
Sextarius lib.1.
Hemina uncias. 9
Cotyla uncias.9.
Acetabulum drachmas. 18.
Oxybaphus drach.18.
Cyathus drach.18.
Cheme drach.3.

Mellis.

Ceramium pēdet lib.120.
Amphora lib.120.
Vrna lib.60.
Congius lib.15.
Sextarius lib.2.
Hemina lib.1.
Cotyla lib.1.
Acetabulum drach.27.
Oxybaphus drach.27.
Cyathus drac.20.
Cheme drach.5.

Errores qui corrigi debent.

Folio 7.b.linea.12.pernide leg.perinde
ibidē lin.25.in modico,leg.immodico.
fol.14.lin.5.frigidam, leg.frigida.
fol.15.lin.12.Gallæ n.& Rhus.leg.Galle.n.Acetum,& Rhus.
fol.20.lin.1.altera,leg.alterare.
fol.23.B.lin.17.reseruandi leg. reserandi.
fol.34.lin.14.decocti leg.decoctis.
fol.49.lin.26.si quidam.leg.siquidem.
fol.52.lin.25.quod futurum, lege quod impurum.
Fol.302.B in principio addatur,
Leporinum caput crematum, ex ursino adipe.
Ranarum crnuuematar cinis ex liquida pice.

In margine.

fol.7.lin.3.cap.9.leg.19.
fol.11.lin.12.c.6.leg.c.26.
fol.16.lin.13.cap.5.leg.15.
fol.26.B.lin.17.cap.20.leg.2.
Ibidem in fine cap.20.leg.2.
fol.27.B.lin.25.cap.30.leg.3.

Series chartarum.

ABCDEFGHIKLMNOPQR
STVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee.

Omnes sunt sexterni, prȩter E e, qui est ternus.

VENETIIS,
Apud Vincentium Valgrisium.
M D L XIX.


VIN
CENT.

